inuestigare sermonem.
Celum sursum et terra de

orsum: et cor regū inscru
tabile. Aufer rubiginē
de argento: et egredietur
uas purissimū. Aufer i
pietatem de uultu regis:
et firmabitur iustitia t
thronus eius. Ne glorio
sus appareas cora rege:
et in loco magnorum ne
steteris. Melius est enim
ut dicatur tibi ascende
huc: q̄m ut humilieris
coram principe. Que vi
derunt oculi tui ne pro
feras in iurgio cito: ne
postea emendare nō pos
sis cum dehonestaueris
amicum tuū. Causam
tuam tracta cum amī
co tuo: et secretū extrane
o ne reuelas: ne forte īsul
tet tibi cum audierit et
exprobrare non cesset.
Mala aurea in lectis ar
genteis: qui loquetur ver
bum in tempe suo. In
auris aurea et marga
ritū fulgens: qui argu
it sapientem et aurem
obedientē. Sicut frigus

nuus in die messis: ita
legatus fidelis a qui mi
sit eum animā illius
requiescere facit. Nubes
et ventus et pluuie nō
sequentes: vir gloriosus
et pmissa non cōplens.
Patientia lenietur prin
ceps: et lingua mollis
confringet duritiam.
Mel inuenisti comede
quod sufficiat tibi: ne for
te satiatus euomas il
lud. Subtrahe pedem
tuum de domo proximi
tui: ne forte satiatus o
derit te. Jaculū et gladi
us et sagitta acuta: ho
mo qui loquitur cōtra
proximū suū testimoni
um falsum. Dens put
dus et pes lassus. qui
sperat super infidelu in
die angustie: et amictū
pallium in die frigoris.
Acetum in nitro: et qui
cantat carmina cordi
pessimo. Si esurierit in
imicus tuus ciba illū:
si sitierit da ei aquā bi
bere. Prunas enī congre
gabis super caput eius:
et dominus reddet tibi.
Ventus aquilo dissipat
pluuias: et facies tristis
linguam detrahentem.
Melius est sedere in āgu
lo domatis: qm cū mu
liere litigiosa. et in domo
cōmuni. Aqua frigida
anime sitienti: et nuncia
us bonus de terra longi
qua. Fons turbatus pe
de et vena corrupta: iu
stus cadens coram impio.
Sicut qui mel comedit
multum non est ei bonū:
sic qui scrutator est ma
iestatis opprimetur a glo
ria. Sicut urbs patens
et absq muroū ambi
tu: ita vir qui non po
test in loquendo cohibe
spiritum suū. XXVI

Quomodo nix es
tate et pluuie
in messe: sic in
decens est stulto gloria.
Nam sicut auis ad al
ta transuolans et pas

ser quolibet vadens: sic
maledictum frustra pro
latum in quēpiam sup
ueniet. Flagellū equo et
chamus asino: et virga
in dorso īprudentiū. Ne
respondeas stulto iuxta
stultitiam suā: ne effia
ris a similis. Respōde
stulto iuxta stultitiam
suā: ne sibi sapiens esse
uideatur. Claudus pedi
bus et iniquitatem bi
bens: qui mittit verba
per nuncīū stultū. Quo
modo pulchras frustra
habet claudus tibias:
sic indecens est in ore stul
torū pabola. Sicut qui
mittit lapidem in acer
uū mercurij: ita qui tri
buit insipienti honorē.
Quomodo si spina nas
catur in manu tenulē
ti: sic pabola in ore stul
torum. Judicū determi
nat causas: et qui īpo
nit stulto silencīū iras
mitigat. Sicut canis q̄
reuertitur ad vomitum

suū: sic īprudens qui ite
rat stultitiam suam. Vi
disti hominē sapientē
sibi videri: magis illo spē
habebit stultus. Dicit
piger. leo in via: leena
in itineribus. Sicut os
tium vertitur in cardi
ne suo: ita piger in lec
tulo suo. Abscondit pi
ger manus sub ascella
suas: et laborat si ad
os suum eas cōuerterit.
Sapiencior sibi piger
videtur: septem viris lo
quentibus sentencias.
Sicut qui apprehendit
auribus canem: sic qui
transit īpacatus cōmis
cetur rixe alterius. Sicut
noxius est qui mittit
lanceas et sagittas et
mortem: sic vir q̄ frau
dulenter nocet amico
suo. Et cū fuerit deficiēs
ligis: dicit ludens feci. Cū
defecerint ligna extīguē
tur ignis: et susurrone
subtracto iurgia cōquie
scunt. Sicut carbones

ad prunas et ligna ad
ignem: sic homo iracūdus ſuſcitat rixas. Ver
ba ſuſurronis quaſi ſimplicia: et ipſa pueniūt
ad intima ventris. Quomo ſi argento ſordido
ornare velis vas fictile:
ſic labia tumentia aī
peſſimo corde ſociata.
Labijs ſuis intelligitur
inimicus: cum in corde
tractauerit dolos. Cūm
ſubmiſerit vocem ſuā
ne credideris ei: quoniā
ſeptem nequitie ſunt in
corde illius. Qui operit
odium fraudulenter: re
uelabitur malicia eius
in concilio. Qui fodit
foueam incidet in eam:
et qui voluit lapidem re
uertetur ad eum. Lingua
fallax non amat veri
tatē: et os lubricū ope
ratur ruinas. XXVII

Ne glorieris in
crastinū: igno
rans quid ſuper
uenturā pariat dies.

laudet te alienus et nō
os tuum: extraneus et
non labia tua. Grauis
eſt lapis et onerosa ha
rena: ſed ira ſtulti utro
q̄ grauior. Ira non ha
bet miſericordiā: nec e
rumpens furor. Et īpe
tum concitatū ferre quis
poterit? Melior eſt ma
nifeſta correptio: q̄m a
mor abſconditus. Me
liora ſunt vulnera dilu
gentis: q̄m fraudulēta
odientis oſcula. Anima
ſaturata calcabit fauū:
anima eſuriens et ama
rum pro dulci ſumet.
Sicut auis transmigrās
de nido ſuo: ſic vir qui re
linquit locū ſuū. Ungē
to et variis odoribz delec
tatur cor: et bonis amī
ci conſilijs anima dul
coratur. Amicū tuum.
et amicū patris tui ne
dimiſeris: et domū fra
tris tui ne ingrediaris
in die afflictionis tue.
Melior eſt vicinus iux

Paulus Tijtlingh 1708

ta: q̄m frater paul. Stu
de sapiencie fili mi et le
tificā cor meū: ut possis
exprobrantia respondere
sermonem. Astutus vi
dens malum abscondi
tus est: pueri transeun
tes sustinuere dispēdia.
Tolle vestimentū eius
qui spospondit pro ex
traneo: et pro alienis
aufer a pignus. Qui be
nedicit proximo suo vo
ce grandi de nocte cōsur
gens: maledicentis simi
lis erit. Tecta pstillācia
in die frigoris: et litigi
osa mulier compantur.
Qui retinet eam quasi
qui ventum teneat: et
oleum dextere sue voca
bit. Ferrum ferro acu
itur: et homo exacuit fa
ciem amici sui. Qui ser
uat ficū comedet fructū
eius: et qui custos est do
mini sui glorificabit.
Quomodo in aquis re
splendent vultus prospi
cientiū: sic corda hōum
manifesta sunt prudē
tibus. Infernus et perdi
cio non replebuntur: si
militer et oculi hominū
insaciabiles. Quomō
probatur in conflatorio
argentum et in fornā
ce aurum: sic probatur
homo ore laudantis.
Si contuderis stultū in
pila. quasi tpsanas fe
rente desup pilo: non
auferetur ab eo stultitia
a eius. Diligenter ag
nosce vultum pecoris
tui: tuos q̄ greges con
sidera. Non enim habe
bis iugiter potestatem:
sed corona tribuetur in
generacione generacio
nū. Aperta sunt prata
et apparuerunt herbe vi
rentes: et collecta sunt fe
na de montibus. Agni
ad vestimentū tuum: et
hedi agri precium. Suf
ficiat tibi lac capraꝝ in
cibos tuos. in necessaria
domus tue: et ad victū
ancillis tuis. xxviii

Fugit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens absq; terrore erit. Propter peccata terre multa principes eius: et per hominis sapientiam et horum scientiam que dicuntur: vita duces longior erit. Vir pauper calumpnians pauperes: similis est imbri vehementi in quo paratur fames. Qui derelinquunt legem laudant impium: qui custodiunt succenduntur contra eum. Viri mali non cogitant iudicium: qui autem requirunt dominum animadvertunt omnia. Melior est pauper ambulans in simplicitate sua: quam dives pravis itineribus. Qui custodit legem filius sapiens est: qui autem pascit comessatores confundit patrem suum. Qui congregat divitias usuris fenore liberali:

in pauperes congregat eas. Qui declinat aurem suam ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis. Qui deprauat iustos in via mala in interitu suo corruet: et simplices possidebunt bona eius. Sapiens sibi videtur vir dives: pauper autem prudens scrutabitur eum. In exultatione iustorum multa gloria est: regnantibus impiis ruine hominum. Qui abscondit scelera sua non dirigetur: qui autem confessus fuerit et reliquerit ea, misericordiam consequetur. Beatus homo qui semper est pavidus: qui vero mentis est durae corruet in malum. Leo rugiens et ursus esuriens: princeps impius super populum pauperem. Dux indigens prudentia multos opprimet per calumpniam: qui autem odit avaritiam longi

fient dies eius. Homine
qui calūpniatur aīe
sanguinem: fuscꝫ ad
lacum fugerit. nemo
sustinet. Qui ambu
lat simpliciter saluus
erit. Qui pueris ingre
ditur viis: cōtradet semel.
Qui opatur terram su
am saturabitur pani
bus: qui sectatur ocū
replebitur egestate. Vir
fidelis multum lauda
bitur: qui autem festi
nat ditari non erit īno
cens. Qui cognoscit in
iudicio faciem non fa
cit bene: iste et pro buc
cella panis deseret veri
tatem. Vir qui festinat
ditari et alijs inuidet: ig
norat qd egestas supue
niat ei. Qui corripit ho
minem. gratiam post
ea inueniet apud eum:
magis qm ille qui per
lingue blandimenta de
cipit. Qui subtrahit a
liquid a patre suo et ma
tre. et dicit hoc non est
peccatū: particeps homi
cide est. Qui se iactat et
dilatat iurgia cōcitat:
qui sperat in domino sa
nabitur. Qui confidit
in corde suo stultus est:
qui autem graditur sa
pienter iste laudabitur.
Qui dat pauperi non i
digebit: qui despicit de
precantem sustinebit
penuriā. Cum surrexe
rint impij abscondent
homines: cum illi peri
erint multiplicabūtur
iusti. XXIX
Iro qui cōcrepa
tionem dura cer
uice cōtēpnit repenti
nus supueniet interi:
et cum sanitas non se
quetur. In multiplica
tione iustorū letabitur
vulgus: cum impij sus
ceperint principatum
gemet populus. Vir q̄
amat sapientiam leti
ficat patrem suū: qui
autem nutrit scortā p
det substantiam. Rex

ustus eriget terram:
vir auaris destruet eā.
Homo qui blandis fa-
cis factis q̄ sermonibus
loquitur amico suo: re
te expandit pedibus a?
Peccantē virum iniquū
inuoluet laqueis: et
iustus laudabit ac- q̄
gaudebit. Nouit iustus
causam pauperū: im
pius ignorat scientiā.
Homines pestilentes dis
sipant ciuitatem: sapi
entes vero auertunt fu
rorem. Vir sapiens si cū
stulto contenderit: siue
irascatur siue rideat nō
inueniet requiem. Viri
sanguinū oderunt sim
plicem: iusti autem que
runt animā eius. Totū
spiritū suum profert stul
tus: sapiens differt et re
seruat in posterū. Prin
ceps qui libenter audit
verba mendacij: omnes
ministros habet impi
os. Paup et creditor ob
uiauerunt sibi: utriusq̄

illuminator est dominus.
Rex qui iudicat in veri
tate pauperes: thronus
eius in eternū firmabi
tur. Virga atq̄ correp
tio tribuent sapientiā.
puer autem qui dimit
tit voluntati sue cō
fundet matrem suam.
In multiplicatione im
piorū multiplicabun
tur scelera: et iusti ru
inas eorū videbunt. Eru
di filiū tuum et refrige
rabit te: et dabit delicias
anime tue. Cū p̄phetia
defecerit dissipabitur po
pulus: qui custodit legē
beatus est. Seruus verbis
non potest erudiri: qui
a quod dicas intelligit.
et respondere contēpnit.
Vidisti hominē velocē
ad loquendū: stultitia
magis speranda est q̄m
illius correptio. Qui de
licate a puericia nutrit
seruū suum: postea illū
sentiet contumacē. Vir
iracundus prouocat

rxas: et qui ad indig
nandū facilis est. erit
ad peccata pclinior. Su
perbum sequitur humi
litas: et humilem spri
tu suscipiet gloria. Qui
cum fure participatur
odit animā suam: ad
iurantem audit et nō
indicat. Qui tamen ho
minē acto corripiet: qui
sperat in domino sublle
uabitur. Multa requirit
facien principis: et a do
mino iudicium egreditur
singulorū. Abhominā
tur iustus virum impiū:
et abhominantur im
pij eos qui in recta sunt
via. xxx
Verba congregā
tis: filij vomen
tis. Dicio quam locutus
est vir cum quo est deus:
et qui deo secum morā
te confortatus ait. Stul
tissimus sum virorum:
et sapiencia hominum
non est mecum. Non di
dici sapiencia: et non
sanctorū scientiā. Quis
ascendit in celum atq;
descendit: Quis continu
it spiritum in manibz
suis: Quis colligauit
aquas quasi in vestimē
to: Quis suscitauit om
nes terminos terre: Qd
nomen est eius: et quod
nomē filij eius si nosti:
Omnis sermo dei ignī
tus: clipeus est sperāti
bus in se. Ne addas quic
qm verbis illius: et ar
guaris inueniaris q;
mendax. Duo rogaui
te: ne deneges mihi an
teq̄m moriar. Vanita
tem et verba mendacia:
longe fac a me. Mendi
catem et diuicias ne
dederis mihi: tribue tā
tum victui meo necessa
ria: ne forte saturatus
illiciar ad negandum
et dicam. quis est domi
nus: et egestate compul
sus furer. et peiurem no
men dei mei. Ne accuses
seruū ad dnm suū: ne

forte maledicat tibi et
cornias. Generacio que
patri suo maledicat: et
que matri sue non bene
dicat. Generacio que sibi
munda videtur: et tamē
non est lota sordibus su
is. Generacio cuius exel
si sunt oculi: et palpebre
eius in alta subrecte ..
Generacio que pro dena
bus gladios habet. et
cōmandit molaribus
suis: ut comedat inopes
de terra. et pauperes ex
hominibus. Sangui
suge due sunt filie: dice
tes affer affer. Tria sunt
insatiabilia: et quar
tum quod nūq̄m dicat
sufficiat. Infernus et os
vulue: et terra que non
saciatur aqua. Ignis
vero nūq̄m dicat sufficiat.
Oculum qui subsānat
patrem et despicat par
tum matris sue: effodi
ant eum corui de torren
tibus: et comedant illū
filij aquile. Tria sunt
difficilia mihi: et quar
tum penitus ignoro. Vi
am aquile in celo. viā
colubri supra petram:
viam nauis in medio
maris: et viam viri in ad
olescencia. Talis est et
via mulieris adultere:
que comedit et tergens
os suū dicat. Non sum
operata malū. Pro tria
mouetur terra: et quar
tum non potest sustinē.
Per seruū cum regnaue
rit: per stultum cum sa
turatus fuerit cibo: per
odiosam mulierē cum
in matrimonio fuerit
assumpta: et per ancil
lam cum heres fuerit do
mine sue. Quatuor sūt
minima terre: et ipsa sūt
sapiencia sapiencium.
Formice. populus infir
mus: qui ꝑparat in mes
se cibum sibi. Iepusculi
plebs īualida: qui collo
cat in petra cubile suū.
Regem locusta non ha
bet: et egredit̄ vniuersa

per turmas. Ballio ma
nibus nitatur: et mora
tur in edibus regis. Tria
sunt que bene graduun
tur: et quartū quod in
cedit feliciter. Leo fortissi
mus bestiarū: ad nullu
us pauebit occursū. Gal
lus succinctus lumbos.
Et aries: nec est rex qui
resistat ei. Et qui stultus
apparuerit postq̄m ele
uatus est in sublime.
Si eū intellexisset: ori ī
posuisset manū. Qui
autē fortiter premit ube
ra ad eliciendū lac: exp̄
mit butirū. Et qui vehe
menter emūgit: eliciat
sanguinē. Et qui prouo
cat iras: pduat discor
dias. XXXI

Verba lamuel
regis: visio qua
erudiuit eum mater sua.
Quid dilecte mi. quid di
lecte uteri mei: quid di
lecte votorū meorū: Ne
dederis mulieribz substā
tiam tuā: et diuitias tu
as ad delendos reges. No
li regibz o lamuel noli
regibus dare vinū: quia
nullū secretū est ubi reg
nat ebrietas: ne forte bi
bant et obliuiscantur
iudiciorz. et mutent cau
sam filiorū pauperis. Da
te siceram merentibz: et vi
nū hijs qui amaro sunt
animo. Bibant et obli
uiscantur egestatis sue:
et dolores non recordent
amplius. Aperi os tuū
muto: et causis omniū
filiorz qui pertranseūt. A
peri os tuū: et decerne qđ
iustū est: et iudica ino
pem et pauperē. Aleph.
Mulierem fortem quis
inueniet: procul et de ulta
mis finibus pretiū ei⁹.
Beth. Confidit in ea cor
viri sui: et spoliis nō in
digebit. Gymel. Reddet
ei bonū et non malū:
omnibus diebus vite
sue. Deleth. Quesiuit la
nam et linū: et operata ē
consilio manuū suarū.

ut occuparentur in ea.
Vidi que fiunt cuncta
sub sole: et ecce vniuersa
vanitas et afflictio spi
ritus. Puersi difficile cor
riguntur: et stultorū in
finitus est numerus. Io
quus sum in corde meo
dicens. Ecce magnus ef
fectus sum et precessi sa
pienciaa omnes qui fue
runt ante me in iherusa
lem: et mens mea conte
plata est multa sapien
ter et didicit. Dedicq cor
meum ut scirem pruden
ciam atcq doctrinam: er
rores q et stulticiā. Et
agnoui qd in hijs quo
q esset labor et afflictio
spiritus: eo qd in mul
ta sapiencia multa sit
indignacio: et qui ad
dit sciencia addit et
laborem.

Dixi ergo in cor
de meo: vadam
et affluam deli
cijs et fruar bonis. Et vi
di qd hoc quoq esset va

nitas. Risū reputaui er
rorem: et gaudio dixi.
Quid frustra deciperis?
Cogitaui in corde meo a
abstrahere a vino carnē
meam ut animū meū
transferrem ad sapienci
am deuitarem q stultici
am: donec viderem qd es
set utile filijs hominū:
quo facto opus est sub
sole numero dierū vite
sue. Magnificaui ope
ra mea: edificaui mihi
domos: plantaui vine
as: feci ortos et pomeri
a: et consaui ea cuncti ge
neris arboribus. Et ex
truxi mihi piscinas aq
rū: ut irrigarem siluam
lignorū germinantiū.
Possedi seruos et ancil
las: multamq familiā
am habui. Armenta q
q et magnos ouiū gre
ges: ultra omnes qui
fuerunt ante me in hie
rusalem. Coaceruaui mihi
argentū et aurū:
et substancias regū ac

puncaarū. Fea michi
cantatores et cantatri
ces et delicias filiorū ho
minū: cyphos et urceos
in ministerio ad vina
fundenda: et suppressus
sum opibus omnes qui
fuerūt ante me in iheru
salem. Sapiencia quo
q; perseuerauit mecum:
et omnia que desidera
uerunt oculi mei non
negaui eis: nec prohi
bui cor meū quin om
ni voluptate frueretur.
et oblectaret se in his q̄
paueram. Et hanc rat
ſum partem meā: si u
teretur labore meo. Cūq;
me cōuertissem ad vni
uersa opera que fecerāt
manus mee et ad labo
res in quibus frustra
sudaueram: vidi in ō
nibus vanitatem et
afflictionem animi:
et nichil permanere sub
sole. Transiui ad con
templandā sapiencia:
errores q; et stultitiam.

Quid est inq̄m homo:
ut sequi possit regē fac
torem suum: Et vidi q̄a
tantum precederet sapi
encia stultitiam: quan
tū differt lux a tenebris.
Sapientis oculi in capi
te eius: stultus in tene
bris ambulat. Et didici
q̄d' vnus utriusq; esset
interitus: et dixi in corde
meo. Si vnus et stulti et
meus occasus erit: quid
michi prodest q̄d' maio
rem sapiencie dedi ope
ram: Loquitus q; cū mē
te mea: animaduerti q̄d
hoc quoq; esset vanitas
Non enim erit memoria
sapientis similiter et
stulti in perpetuū: et futu
ra tempora oblivione
cuncta pariter operient.
Morit̄ doctus similiter
ut indoctus: et idarco te
duit me vite mee: videns
mala esse vniuersa sub
sole. et cuncta vanita
tem atq; afflictionem
spiritus. Rursū detesta

tus sum omnē industriam meam. et que sub sole studiosissime laboraui: habiturus heredē post me quem ignoro. utrū sapiens an stultus futurus sit: et dominabit in laboribus meis quibus desudaui et sollicitus fui. Et est quicquā tam vanū? Unde cessaui: renūcaui ut ultra laborare sub sole. Nam cum alius laboret in sapiencia et doctrina et sollicitudine: homini otioso quesita dimittit. Et hoc ergo vanitas: et magnū malū. Quid enī proderit homī de vniuerso labore suo et afflictione spiritus. qua sub sole cruciatus est? Cuncti dies eius doloribus et erumpnis pleni sunt: nec per noctem mente requiescat. Et hec nōne vanitas est? Nonne melius est comedere et bibere: et ostendere ani me sue bona de laboribus suis? Et hoc de manu dei est. Quis ita vorabit et deliciis affluet ut ego? Homini bono in conspectu suo dedit deus sapienciam. et sciencia. et leticiam: peccatori autē dedit afflictionem et curam superfluam: ut addat et congreget et tradat ei qui placuit deo. Sed et hoc vanitas: et cassa sollicitudo mentis.

Omnia tempus habent: et suis spaciis transeunt vniuersa sub celo. Tempus nascendi: et tempus moriendi. Tempus plantandi: et tempus euellendi quod plantatum est. Tempus occidendi: et tempus sanandi. Tempus destruendi: et tempus edificandi. Tempus flendi: et tempus ridendi. Tempus plangendi: et tempus saltandi. Tempus spargendi la

pides: et tempus colligē
di. Tempus amplexan
di: et tempus longe fien
a cōplexibus. Tempus
acquirendi: et tempus p
dendi. Tempus custodi
endi: et tempus abiacen
di. Tempus scindendi: t
tempus consuendi. Tē
pus tacendi: et tempus
loquendi. Tempus dilec
tionis: et tempus odij.
Tempus belli: et temp⁹
pacis. Quid habet am
plius homo de labore su
o: Vidi afflictionē quā
dedit deus filijs hominū:
ut distendantur in ea.
Cuncta fecit bona in tē
pore suo: et mundū tra
didit disputationi eoz:
ut non inueniat homo
opus quod operatus ē
deus ab initio usq; ad
finem. Et cognoui qđ
non esset melius: nisi
letari et facere bene in vi
ta sua. Omnis enī ho
mo qui comedit et bi
bit et videt bonū de la

bore suo: hoc donū dei ē
Didici qđ omnia opera
que fecit deus: perseuerent
in eternū. Non possum⁹
eis quicqm̄ addere nec
auferre: que fecit deus ut
timeatur. Quod factū
est ipsum pmanet: que
futura sunt iam fuerūt:
et deus instaurat quod
abijt. Vidi sub sole in lo
co iudicij impietatem:
et in loco iustitie iniqui
tatem. Et dixi in corde
meo. Justū et impium
iudicabit dñs: et tem
pus omnis rei tūc erit.
Dixi in corde meo de filu
is hominū ut probaret
eos deus: et ostenderet si
miles esse bestijs. Idcir
co vnus interitus est ho
minis et iumentorū:
et equa utriusq; condi
tio. Sicut morit̄ ho
mo: sic et illa moriun
tur. Similiter spirant
omnia: et nichil habet
hō iumento amplius.
Cuncta subiacent va

nitati: et omnia pgũt
ad vnũ locum. De ter
ra facta sunt: et in ter
ram pariter reuertẽt.
Quis nouit si spiritus
filiorũ adam ascendat
sursum: et si spiritus iu
mentorũ descendat deor
sum: Et deprehendi nichil
esse melius qñ letari ho
minẽ in opere suo: et
hanc esse partem illius.
Quis enim eũ adducet:
ut post se futura cog
noscat: Eti me ad alu
a et vidi calũp
nias que sub sole geriũ
tur. et lacrimas innocẽ
tum. et consolatorem
neminem: nec posse re
sistere eorum violentie
auctorũ auxilio destitu
tos. Et laudaui magis
mortuos qñ viuentes:
et feliciorem utroq; iu
dicaui qui necdũ nat⁹
est: nec vidit mala que
sub sole fiunt. Rursus
contemplatus sũ om
nes labores hominũ: et
industrias animaduer
tere inuidie proximi.
Et in hoc ergo vanitas:
et cura supflua est. Sa
tis cõplicat manus su
as: et comedit carnes
suas dicens. Melior est
pugillus cum requie:
qñ plena utraq; man⁹
cum labore et afflictio
ne animi. Considerãs
reperi et aliam vanita
tem sub sole. Vnus est
et secundũ non habet
non filium non fratrẽ:
et tamen laborare non
cessat. nec saciantur o
culi eius diuitijs: nec re
cogitat dicens. Cui la
boro: et fraudo animã
meam bonis: In hoc
quoq; vanitas est et af
flictio pessima. Melius
ergo est duos simul esse:
qm vnũ. Habent enim
emolumentũ societatis
sue. Si vnus ceciderit:
ab altero fulcietur. Ve
soli: quia cum ceciderit

Numqm. Bonus sem per Idem

non habet subleuantē.
Et si dormierint duo: fo
uebuntur mutuo. Vn̄
quomō calefiet? Et si
quispiam preualuerit
contra vnū: duo resistūt
ei. Funiculus triplex dif
ficile rūpitur. Melior est
puer paup sapiens rege
sene stulto. qui nesciat pre
uidere in posterū? quod
et de carcere catenis ex
itur ad regnū: et alius nat?
in regno inopia consu
matur. Vidi cunctos vi
uentes qui ambulant
sub sole: cum adolescen
te secundo qui cōsurget
pro eo. Infinitus est nu
merus populi omniū
qui fuerunt ante eū: et
qui postea futuri sunt
non letabuntur in eo.
Sed et hoc vanitas: et
afflictio spiritus. Custo
di pedem tuū ingrediēs
domū dei: et appropīqua
ut audias. Multo enī
melior est obediencia
q̄m stultorū victime: q̄
nesciunt quid faciant
mali.

Ne temere quid
loquaris: neq̄
cor tuū sit velox ad pro
ferendum sermonem co
ram deo. Deus enim in
celo et tu super terram:
idcirco sint pauci sermo
nes tui. Multas curas
sequūtur somnia: et
in multis sermonibus
inuenitur stultitia. Si
quid vouisti deo: ne mo
reris reddere. Displicet
enim ei infidelis et stul
ta promissio: sed quod
cūq̄ voueris redde. Mul
toq̄ melius est non vo
uere: q̄m post votum p
missa non reddere. Ne de
deris os tuū ut peccare
faciat carnem tuam:
neq̄ dicas coram angе
lo nō est prudēcia: ne for
te iratus deus super ser
mones tuos dissipet
cuncta opera manuū
tuarum. Vbi multa sūt

sompnia: plurime va
nitates et sermones in
numeri. Tu vero deum
time. Si videris calump
nias egenorū et violen
ta iudicia et subuer-
tj iustciam in puincia:
non mireris super hoc
negocio: quia excelso a
lius excelsior est. Et sup
hos quoq; eminenciores
sunt alij: et insup vniū
se terre rex imperat seru
ti. Auarus non īple
bitur pecunia: et qui a
mat diuicias fructus
non capiet ex eis. Et hoc
ergo vanitas. Vbi mul
te sunt opes: multi et
qui comedunt eas. Et
quid prodest possesori
nisi qd̄ cernit diuicias
oculis suis. Dulcis est
somnus operanti: sive
parum sive multū co
medat. Satietas aut̄
diuicias: non sinit eum
dormire. Est et alia infir
mitas pessima: quam
vidi sub sole. Diuicie cō

seruate in malū domini
sui: pereunt enim in af
flictione pessima. Gene
rauit filium: qui in sū
ma egestate erit. Sicut
egressus est nudus de u
tero matris sue sic reuer
tetur: et nichil auferet se
cum de labore suo. Mise
rabilis prorsus infirmi
tas: quomodo venit sic
reuertetur. Quid ergo
prodest ei qd̄ laborauit
in ventum: Cunctis die
bus vite sue comedit in
tenebris et in curis mul
tis: et in erumpna atq;
tristicia. Hoc itaq; michi
visum est bonū: ut co
medat quis et bibat et
fruatur leticia et labore
suo quo laborauit ipse
sub sole numero dierū
vite sue quos dedit ei de
us: et hec est pars illius.
Et omni homī cui dedit
deus diuicias atq; sub
stanciā: potestatemq;
ei tribuit ut comedat ex
eas et fruatur parte sua et

letetur de labore suo: hoc
est donū dei. Non enī sa
tis recordabitur dierum
vite sue: eo qđ deus occu
pet delicijs cor eius. VI
Est et aliud ma
lum quod vi
di sub sole: et
quidem frequens apud
homines. Dat cui dedit
deus diuicias et substā
ciam et honorem. et nu
chil deest anime eius ex
omnibus que desiderat:
nec tribuit ei potestatē
deus ut comedat ex eo:
sed homo extraneus vo
rabit illud. Hoc vani
tas: et magna miseria
est. Si genuerit quispi
am centū liberos et vix
erit multos annos et
plures dies etatis habu
erit: et anima illius nō
utatur bonis substan
cie sue sepulturaq; ca
rent: de hoc ego pronū
cio qđ melior illo sit ab
ortiuus. Frustra enim
venit et pergit ad tene
bras: et obliuione dele
atur nomen eius. Nō
vidit solem: neq; cognō
uit distanciam boni et
et mali: etiam si duobz
milibus annis vixerit
et nō fuerit perfruitus bo
nis: nōne ad vnū locū
perrant omnia: Omnis
labor hominis in ore eius:
sed anima illius non i
plebitur. Quid habet ā
plius sapiens ab stulto:
Et quid pauper: nisi ut p
gat illuc ubi est vita:
Melius est videre qđ ani
mas: qm̄ desiderare quod
nescias. Sed et hoc vani
tas est: et pessimū spi
ritus. Qui futurus est iā
vocatū est nomē eius: et
scitur qđ homo sit: et nō
possit contra fortiorē se
in iudicio cōtendere. Ver
ba sunt plurima: mul
tamq; in disputando
habencia vanitatem.
Quid necessVII
se est homi ma
iora se querere:

aum ignoret quid cōdu
cat sibi in vita sua. nu
mero dierum pegrinac
onis sue. et tmpe quod
velut umbra pterijt.
Aut quis apterit indi
care: quid post eum fu
turum sub sole sit. Me
lius est nomen bonum
q̄m vnguenta pciosa:
et dies mortis die natiui
tatis. Melius est ire ad
domū luctus: q̄m ad do
mū conuiuij. In illa e
nī finis cunctorum am
monetur hominū: et vi
uens cogitat quid futu
rum quid sit. Melior est
ira risu: quia per tristia
am vultus corrigitur
animus delinquentis.
Cor sapiencū ubi tristi
cia est: et cor stultorum
ubi letica. Melius est
a sapiente corripi q̄m
stultorū adulacione de
cipi: quia sicut sonitus
spinarū ardencū sub
olla. sic risus stulti. Sed
et hoc vanitas. Calūp

nia conturbat sapientē:
et perdit robur cordis il
lius. Melior est finis o
racionis: q̄m principiū
um. Melior est paciens
arrogante. Ne sis velox
ad iracundiā: quia ira i
sinu stulti requiescat. Ne
dicas quid putas cause
est: q̄d priora tempora
meliora fuere q̄m nunc
sunt. Stulta est enī hu
iusmodi interrogacio.
Vtilior est sapiencia cū
diuiciis: et magis pro
dest videntibus solem.
Sicut enim protegit sapi
encia: sic protegit pecu
nia. Hoc autem plus
habet eruditio et sapiē
cia: q̄d vitam tribuunt
possessori suo. Conside
ra opera dei: q̄d nemo
possit corrigere quem il
le despexerit. In die bona
fruere bonis: et malam
diem pertransi. Sicut enī
hanc sic et illam fecit
deus: ut non inueniat
homo contra eī iustas

querimonias. Hec quo
q̄ vidi in diebus vani
tatis mee. Justus perit
in iustitia sua: et impi
us multo vuit tempe
in malitia sua. Noli es
se iustus multū: neq̄
plus sapias q̄m neces
se est. ne obstupescas.
Ne impie agas multū
et noli esse stultus: ne
moriaris in tempe nō
tuo. Bonū est te susten
tare iustum: sed et ab
illo ne subtrahas ma
nū tuam: quia qui de
um timet nichil negli
git. Sapientia confor
tauit sapientem: super
decem principes ciuita
tis. Non est enim homo
iustus in terra: qui fa
ciat bonū et non peccet.
Sed et cunctis sermoni
bus qui dicuntur ne ac
cōmodes cor tuū: ne for
te audias seruū tuum
maledicentem tibi. Sat
enim tua conscientia:
quia et tu crebro male
dixisti aliis. Cūcta tēpta
ui in sapientia. Dixi.
sapiens efficiar: et ipsa
longius recessit a me
multo magis q̄m erat.
Et alta profunditas: q̄s
inueniet eam? Lustrau
vniuersa animo meo:
ut scirem et considerarē.
et quererem sapientiā
et rationē: et ut cognos
cerem impietatē stulti
et errorem imprudentiū.
Et inueni amariorē mor
te mulierem: que laque
us venatorum est. et sa
gena cor eius. Vincula
sunt manus illius. Qui
placet deo effugiet eam:
qui autem peccator est
capietur ab illa. Ecce
hoc inueni dixit eccle
astes vnū et alterū: ut
inuenirem rationem
quam adhuc querit a
nima mea: et non inue
ni. Virum de mille vnū
reperi: mulierem ex om
nibus non inueni. So
lūmodo hoc inueni q̄d

fecerit deus hominē rectum: et ipse se miscuerit infinitis quæstionibꝫ.
Quis talis ut sapiens est: Et quis cognouit solutionē verbi. VIII
Sapientia hominis lucet in vultu eius: et potentissimus faciem illius cōmutabit. Ego os regis obserua: et præcepta iuramenti dei. Ne festines recedere a facie eius: neqꝫ permaneas in opere malo: quia omne quod voluerit faciet: et sermo illius potestate plenus est: nec dicere ei quis potest quare ita facis. Qui custodit præceptū: non experietur quicquam mali. Tempus et responsionem cor sapientis intelligit. Omni negotio tempus et opportunitas: et multa hominis afflictio quia ignorat præterita: et ventura nullo potest scire nuncio.

Non est in hominis dicione prohibere spiritū: nec habet potestatem in die mortis: nec sinitur quiescere in grauente bello: neqꝫ saluabit impietas impium. Omnia hec consideraui: et dedi cor meū in cunctis operibus que fiunt sub sole. Interdum dominatur homo homini: in malum suū. Vidi impios sepultos: qui etiam cū adhuc viuerent in loco sancto erant: et laudabantur in ciuitate quasi iustorū operum. Sed et hoc vanitas est. Eterū quia non profertur cito contra malos sententia: absqꝫ vllo timore filij hominū perpetrant mala. Attamen peccator ex eo qđ centies facit malum. et per patientiam sustentatur: ego cognoui quod erit bonū timentibus deum qui verentur faciem eius. Non sit bo

nū impio⁹: nec prolon
gentur dies eius: sed q̄
si umbra transeant qui
non timent faciem do
mini. Est et alia vani
tas: que fit super terram.
Sunt iusti quibꝫ mul
ta proueniūt quasi o
pera egerint impiorū:
et sunt impij qui ita se
cum sunt quasi iustorū
facta habeant. Sed et
hoc vanissimū iudico.
Laudaui igitur letica
q̄ non esset homini bo
nū sub sole. nisi q̄ co
mederet et biberet atq̄
gauderet: et hoc solū se
cum afferret de labore su
o in diebus vite sue q̄s
dedit ei deus sub sole. Et
apposui cor meū ut sci
rem sapientiā: et intellu
gerem distentionē que
versatur in terra. Est
homo qui diebus ac
noctibus somnū ocu
lis non capit: et intelle
xi q̄ omnium operum de
nullā possit inuenire

homo rationem eorum
que fiunt sub sole: et q̄
to plus laborauerit ad
querendū. tanto minus
inueniat. Etiam si dix
erit sapiens se nosse: nō
poterit reperire. Omnia hec
tractaui in corde meo: ut
curiose intelligerē. IX

Sunt iusti atq̄
sapientes: et o
pera eorum in
manu dei. Et tamē nesci
at homo utrū amore an
odio dignus sit: sed ōnia in futurum seruā
tur incerta: eo q̄ omniū
sa eque eueniant iusto
et impio. bono et ma
lo. mundo et īmundo:
īmolanti victimas et
sacrificia contēpnenti.
Sicut bonus sic et pec
cator: ut periurus ita et
ille qui verum deiurat.
Hoc est pessimū inter
omnia que sub sole fi
unt: quia eadem cunc
tis eueniunt. Vnde et
corda filiorū hominū

implentur malicia et
contemptu in vita sua:
et post hec ad inferos de
ducentur. Nemo est qui
semper viuat: et qui hu
ius rei habeat fiduciā.
Melior est canis viuus
leone mortuo. Viuentes
enī sciunt se esse moritu
ros: mortui vero nichil
nouerunt amplius nec
habent ultra mercedem:
quia obliuioni tradi
ta est memoria eorum.
Amor quoq; et odiū et
inuidia simul perierūt:
nec habent partem in
hoc seculo. et in ope qd
sub sole geritur. Vade er
go et comede in letitia pa
nem tuū. et bibe cū gau
dio vinum tuum: quia
deo placent opera tua.
Omni tempe sint vesti
menta tua candida: et
oleum de capite tuo nō
deficiat. Ffruere vita cū
uxore quam dilig̃s
cūctis diebus vite insta
bilitatis tue: qui data
sūt tibi sub sole omni
tempore vanitatis tue.
Hec est enim pars in vi
ta et in labore tuo: quo
laboras sub sole. Quod
cumq; potest manus
tua facere instanter ope
rare: quia nec opus nec
racio nec sciencia nec sa
piencia erunt apud in
feros: quo tu properas. Ver
ti me alio. vidiq; sub so
le nec velocium esse cur
sum nec fortium bellū.
nec sapiencū panem.
nec doctorū diuicias. nec
artificum graciam: sed
tempus casumq; in om
nibus. Nescit homo fi
nem suū: sed sicut pisces
capiuntur hamo et a
ues cōprehenduntur la
queo: sic capiuntur ho
mines tempore malo:
cum eis extemplo sup
uenerit. Hanc quoq; vi
di sub sole sapiencia am:
et probaui maximā.
Ciuitas parua: et pau
ci in ea viri. Venit con

tra eam rex magnus:
et vallauit eam. Extru
ctę munitiones per gi
rum: et perfecta est obsidi
o. Inuentus ęt in ea vir
pauper sapiēs liberauit
urbem per sapientiam
suam: et nullus dēceps
recordatus est hominis
illius pauperis. Et di
cebam ego melior ē esse
sapientiam fortitudīe.
Quomodo ergo sapiē
tia pauperis contempta
est. et verba eius nō
sunt audita. Verba sa
pientiū audiuntur in
silentio: plusq̄m cla
mor principis inter stul
tos. Melior est sapien
tia q̄m arma bellica:
et qui in vno peccauerit multa bona perdet.

Muscę mo
rientes: perdūt
suauitatē un
gentia. Honorabilior est sa
pientia et gloria: pau
ad tempus stultitia.
Cor sapientis in dextera

eius: et cor stulti in sinis
tra illius. Sed et in via
stultus ambulans: cū
ipse insipiens sit. omnes
stultos estimat. Si spiri
tus potestatem haben
tis ascenderit sup te loc̄i
tuū ne dimiseris: quia
curatio cessare faciet pec
cata maxima. Est ma
lū quod vidi sub sole:
quasi per errorem egre
diens a facie principis.
Positum stultū in dig
nitate sublimi: et diui
tes sedere deorsum. Vidi
seruos in equis: et prin
pes ambulantes qua
si seruos sup terrā. Qui
fodit foueam incidit i
eam: et qui dissipat se
pem mordebit eum colu
ber. Qui transfert lapi
des affligetur in eis: et
qui scindit ligna vul
nerabitur ab eis. Si re
tusum fuerit ferrum et
hoc non ut prius sed he
betatū erit: multo labo
re exacuetur: et post īdul

ſtram ſequitur ſapien
cia. Si mordeat ſerpens
in ſilencio: nichil eo mi
nus habet qui occulte
detrahit. Verba oris ſa
pientis gracia: et labi
a inſipientis precipita
bunt eum. Initium ver
borum eius ſtulticia:
et nouiſſimū oris illius
error peſſimus. Stulti
verba multiplicat. Ig
norat homo quid an
te ſe fuerit: et quid poſt
futurū eſt quis illi po
terit indicare. Labor ſtul
torum affligit eos: qui
neſciunt in urbem per
gere. Ve tibi terra cuius
rex puer eſt: et cuius pn
cipes mane comedunt.
Beata terra cuius rex no
bilis eſt: et cui⁹ principes
veſcuntur in tempe ſuo
ad reficiendū et non ad
luxuriam. In pigricijs
humiliabitur contig
nacio: et in infirmita
te manuū pſtillabit do
mus. In riſum faciunt

panem ac vinū: ut epu
lentur viventes. Et pe
cunie obediunt omnia.
In cogitacione tua regi
ne detrahas: et in ſecreto
cubiculi tui ne male
dixeris diuitī: quia a
uis celi portabit vocem
tuam: et qui habet pē
nas annunciabit ſen
tenciam. X I

Mitte panem tuū
ſuper transeun
tes aquas: qa
poſt multa tempora in
venies illū. Da partem
ſeptem nec non et octo:
quia ignoras quid fu
turum malū ſit ſuper
terram. Si replete fuerīt
nubes: ymbres ſup ter
ram effūdent. Si ceciderit
lignū ad auſtrū aut
ad aquilonem: in quo
cumq; loco ceciderit. ibi
erit. Qui obſeruat ven
tum non ſeminat: et
qui conſiderat nubes
nūq̄m metet. Quomō
ignoras que ſit via ſpi

rtus et qua racone cō
pingantur ossa in ven
tre pregnantis: sic nescis
opera dei qui fabrica tor
est omniū. Mane semi
na semen tuū. et vespere
ne cesset manus tua: q
a nescis quid magis o
riatur hoc an illud: et
si utrumq; simul melio
us erit. Dulce lumen: et
delectabile est oculis vi
dere solem. Si annis mul
tis vixerit homo et in
hijs omnibus letus fue
rit: meminisse debet tene
brosi temporis et dierū
multorū: qui cum ve
nerīt vanitatis arguē
tur preterita. Letare ergo
iuuenis in adolescentia
tua. et in bono sit cor
tuum in diebus iuuē
tutis tue: et ambula
in vijs cordis tui. et in
tuitu oculorū tuorū:
et scito qd̄ pro omnibz
hijs adducet te deus in
iudicium. Auferam
a corde tuo: et amoue

malignam a carne tua.
Adolescentia enim et vo
luptas vana sūt. xii
Memento crea
toris tui in die
bus iuuentutis
tue: anteqū veniat tē
pus afflictionis. et ap
propinquent anni de qui
bus dicas. non mihi
placent. Anteqū tene
brescat sol. et lumen. et
luna. et stelle: et reuertā
tur nubes post pluui
am. Quando cōmoue
buntur custodes dom⁹:
et nutabunt uiri fortis
simi. Et otiose erūt mo
lentes in minuto nu
mero: et tenebrescent vi
dentes per foramina.
Et claudent ostia i pla
tea. in humilitate vocis
molentis: et consurgēt
ad vocem volucris: et
obsurdescent omnes fi
lie carminis. Excelsa
quoq; timebunt: et for
midabunt in via. Flore
bit amigdalū i pīguabit

locusta. et dissipabitur
capparis: quoniã ibit
homo in domũ eternita
tis suæ: et circuibunt in
platea plangentes. An
teq̃m rumpatur funis
argenteus. et recurrat
vitta aurea. et conteri
tur ydria super fontẽ.
et confringatur rota su
per cisternam: et revel
latur pulvis in terrã
suam unde erat: et spi
ritus redeat ad deũ qui
dedit illũ. Vanitas va
nitatum dixit ecclesias
tes: et omnia vanitas.
Cumq̃ esset sapientis
simus ecclesiastes. doce
ret populum et enarra
uit quæ fecerat: et inves
tigans cõposuit pavo
las multas. Quæsivit
verba utilia: et conscrip
sit sermones rectissimos
ac veritate plenos. Ver
ba sapientium sicut
stimuli: et quasi clavi
in altum defixi: quæ per
magistrorũ consilium

cet deus in iudicium pro
omni errato: sive bonũ
sive malum sit.

Explicit liber ecclesiastes.

Incipit canticũ canticorũ
qd̃ hebraice dicit̃ hymnorum

tuu: ideo adolescentule
dilexerunt te. Trahe me
post te: curremus in o
dore unguentoꝝ tuoꝝ.
Introduxit me rex in cel
laria sua. Exultabim⁹
et letabimur in te me
mores uberum tuoꝝ
sup vinū. Recti diligūt
te. Nigra sum sed for
mosa filie iherusalem:
sicut tabernacula cedar.
sicut pellis salomonis.
Nolite me considerare
qđ fusca sim: quia de
coloꝝauit me sol. Filii
matris mee pugnaue
runt contra me: posue

runt me custodem in vi
neas. vineam meam nō
custodiui. Indica mihi
quem diligit anima
mea ubi pascas ubi cu
bes in meridie: ne vaga
r inquam per greges
sodalium tuoꝝum. Si
ignoras te o pulchra in
ter mulieres: egredere et
abi post vestigia gregū:
et pasce hedos tuos iux
ta tabernacula pasto
rum. Equitatui meo in
curribus pharaonis as
similaui te amica mea.
Pulchre sunt gene tue
sicut turturis: colluꝝ tu
um sicut monilia. Mu
renulas aureas faciem⁹
tibi: vermiculatas ar
gento. Dum esset rex in
accubitu suo: nardus
mea dedit odorem suū.
Fasciculus murre dilec
tus meus mihi: inter
ubera mea cōmorabit.
Botrus cypri dilectus
meus mihi: in vineis
engaddi. Ecce tu pul

chya es amica mea: ec
ce tu pulchra: oculi tui
columbarū. Ecce tu pul
cher es dilecte mi et deco
rus. Lectulus noster flo
ridus: tigna domorū
nostrarū cedrina: laq
aria nostra cypressina.

Ego flos
campi: et lilium
cōuallium. Sicut lilium inter spinas:
sic amica mea inter filias. Sicut malus inter
ligna siluarū: sic dilectus meus inter filios.
Sub umbra illius quā
desiderabā sedi: et fructus
eius dulcis gutturi me
o. Introduxit me in cel
lam vinariam: ordinā
uit in me caritatem.
Fulcite me floribus: sti
pate me malis: quia
amore langueo. Leua
eius sub capite meo: et
dextera illius amplexa
bitur me. Adiuro vos
filie ihrusalem per cā
preas cervos qꝫ campo
rū: ne suscitetis neqꝫ evi
gilare facatis dilectā
quoadusqꝫ ipsa velit.
Vox dilecti mei. Ecce iste
venit saliens in monti
bus: transiliens colles.
Similis est dilectus me
us capree hynuloqꝫ cer
uorū. Ecce ipse stat post
parietem nostrū: respi
ciens per fenestras pros
piciens per cancellos. Et
dilectus meus loquitur
mihi. Surge propera a
mica mea. columba me
a. formosa mea: et veni.
Jam enim hyemps trā
sijt: imber abijt et recessit. Flores apparuerunt
in terra nostra: tempus
putacionis aduenit.
Vox turturis audita ē
in terra nostra. Ficus p
tulit grossos suos: vinee
florentes dederunt odorē
suū. Surge amica mea.
speciosa mea et veni: co
lumba mea in foraminibus petre. in cauerna
macerie. Ostende mihi

facem tuā: sonet vox
tua in auribus meis.
Vox enim tua dulcis: t
facies tua decora. Capi
te nobis vulpes puulas
que demoliuntur vine
as: nam vinea nostra
floruit. Dilectus meus
michi et ego illi: q̄ pas
catur inter lilia: donec
aspiret dies et inclinen
tur umbre. Reuertere si
milis esto dilecte mi cā
pree hinnulo cerui sup
montes bether. III
N lectulo meo per noc
tes quesiui quem diligit
anima mea: quesiui il
lum et non ūueni. Sur
gam et circuibo ciuita
tem: per vicos et plateas
quaeram quem diligit
anima mea. Quesiui
illum et non inueni. In
uenerunt me vigiles:
qui custodiunt ciuita
tem. Nū quem dilexit
anima mea vidistis:
Paululū cum pransis
sem eos: inueni quē di

ligit anima mea. Tenui
eum nec dimittam: do
nec introducam illum
in domū matris mee. et
in cubiculum genitricis
mee. Aduro vos filie hie
rusalem p̄ capreas cer
uosq̄ campoꝝ: ne sus
citetis neq̄ euigilare fa
catis dilectam. donec
ipsa velit. Que est ista
que ascendit per deser
tum sicut virgula fu
mi ex aromatibus mir
re et thuris: et vniuersi
pulueris pigmentarii.
En lectulum salomo
nis sexaginta fortes
ambiunt ex fortissimis
israhel: omnes tenentes
gladios et ad bella doc
tissimi. Vnusquisq̄
ensis sup femur suum:
p̄pter timores nocturnos.
Feretrum fecit sibi rex
salomon: de lignis liba
ni. Columpnas eius fe
cit argenteas: reclina
torium aureum: ascen
sum purpureū. Media

caritate constrauit: p
ter filias iherusalē. Egre
dimini et videte filie sy
on regem salomonem
in dyademate quo coro
nauit eum mater sua
in die desponsacionis il
lius: et in die letitie cor
dis eius.

Quam pulchra
es amica mea:
q̄m pulchra es.
Oculi tui columbarū:
absq̄ eo quod intrinse
cus latet. Capilli tui si
cut greges caprarum:
que ascenderunt de mō
te galaad. Dentes tui
sicut greges tonsarum:
que ascenderunt de laua
cro. Omnes gemellis
fetibus: et sterilis non ē
inter eas. Sicut vitta coc
cinea labia tua: et elo
quiū tuū dulce. Sicut
fragmen mali punica
ita gene tue: absq̄ eo
quod intrinsecus latet.
Sicut turris dauid collū
tuū: que edificata est cū
ppugnaculis. Mille cli
pea pendent ex ea: omīs
armatura fortiū. Duo
ubera tua sicut duo hy
nuli capree gemelli: qui
pascuntur in lilijs. do
nec aspiret dies et incli
nentur umbre. Vadam
ad montem mirre: et
ad collem thuris. Tota
pulchra es amica mea:
et macula non est in te.
Veni de libano sponsa
mea: veni de libano. ve
ni. Coronaberis de capi
te amana de vertice sa
nir et hermon: de cubili
bus leonū. de montibz
pardorū. Vulnerasti cor
meum soror mea spon
sa: vulnerasti cor meū
in vno oculorū tuorū.
et in vno crine colli tui.
Q̄m pulchre sunt mā
me tue soror mea spon
sa. Pulchriora ubera
tua vino: et odor vnguē
torum tuorū sup om
nia aromata. Fauus
distillans labia tua

sponsa: mel et lac sub
lingua tua: et odor ves
timentorū tuorū sicut
odor thuris. Hortus con
clusus soror mea spon
sa: hortus conclusus: fōs
signatus. Emissiones
tue paradisus malog
punicorū: cum pomo
rum fructibus. Cypri
cū nardo: nardus et croc
us. Fistula et cynamo
mū: cum vniuersis lig
nis libani. Mirra et a
loe: cum omnibus pri
mis vnguentis. Fons
ortorū puteus aquarū
viuentium: que fluūt
impetu de libano. Sur
ge aquilo et veni aus
ter: perfla ortum meū:
et fluant aromata illi?

Veniat di
lectus meus in
ortū suum: et
comedat fructū pomo
rum suorū. Veni in or
tū meum soror mea spō
sa: messui mirram me
am cum aromatibus
meis. Comedi fauū cū
melle meo: bibi vinum
meū cum lacte meo. Co
medite amici et bibite:
et inebriamini carissimi.
Ego dormio: et cor meū
vigilat. Vox dilecti me
pulsantis. Aperi mihi
soror mea amica mea
columba mea īmacu
lata mea: quia caput
meum plenū est rore:
et cincinni mei guttis
noctium. Expoliaui me
tunica mea: quomodo
induar illa? Laui pedes
meos: quomodo inqui
nabo illos? Dilectus
meus misit manū su
am per foramen: et vē
ter meus intremuit ad
tactum eius. Surrexi: ut
aperirem dilecto meo.
Manus mee stillauerūt
mirrā: et digiti mei ple
ni mirra probatissima.
Pessulum ostij mei ape
ui dilecto meo. At ille
declinauerat atq; transi
erat. Anima mea liq

facta est: ut locutus est.
Quesiui et non inueni
illum: vocaui et nō rel
pondit michi. Inuene
runt me custodes ciuita
tis: qui circuierunt ciuita
tem. Percusserunt me: et
vulnerauerunt me. Tu
lerunt michi pallium me
um custodes murorū.
Adiuro vos filie iherusa
lem si inueneritis dilec
tum meum: ut nunciae
tis ei quia amore lan
gueo. Qualis est dilec
tus tuus ex dilecto. o pul
cherrima mulierum:
Qualis est dilectus tu
us ex dilecto: quia sic
adiurasti nos. Dilect⁹
meus candidus et rubi
cundus: electus ex mil
libus. Caput eius auri
optimū. Come eius si
cut elate palmarum:
nigre quasi corvus. O
culi eius sicut columbe
super riuulos aquarū
que lacte sunt lote: et
residet iuxta fluenta
plenissima. Gene illius
sicut areole aromatū:
consite a pigmentarijs.
Labia eius lilia distillā
tia murram primā. Ma
nus illius tornatiles:
auree plene iacinctis.
Venter eius eburneus:
distinctus saphiris. Cru
ra illius columpne mar
more: que fundate sūt
sup bases aureas. Spe
cies eius ut libani: elec
tus ut cedri. Guttur il
lius suauissimū: et to
tus desiderabilis. Talis
est dilectus meus: et iste
est amicus meus filie
iherusalē. Quo abiit
dilectus tuus: o pulch
rima mulierū: Quo de
clinauit dilectus tuus:
et quesemus eū tecum:
Dilectus meus descendit
in ortum suū
ad areolam aromatis:
ut pascatur in ortis et
lilia colligat. Ego di
lecto meo et dilectus me



us michi: qui pascitur
inter lilia. Pulchra es
amica mea suauis et
decora sicut ierusalē:
terribilis ut castrorum
acies ordinata. Auerte
oculos tuos a me: quia
ipsi me auolare fecerūt.
Capillus tui sicut greges
caprarum: que apparu
erunt de galaad. Den
tes tui sicut greges ouiū:
que ascenderunt de la
uacro. Omnes gemel
li fetibus: et sterilis nō
est in eis. Sicut coccus ma
li punica: sic gene tue abs
q̄ occultus tuus. Sexagin
ta sunt regine: et octogin
ta concubine: et adolescē
tularū non est numerus.
Una est columba mea p
fecta mea: una est matri
sue electa genitrici sue.
Viderunt illam filie et
beatissimā predicauerūt:
regine et concubine et
laudauerunt eam. Que
est ista que pgredit ur
quasi aurora cōsurgēs:
pulchra ut luna electa
ut sol. terribilis ut cas
trorū acies ordinata.
Descendi in ortum nu
cum ut viderem poma
cōuallis: ut inspicerem
si floruisset vinea. et ger
minassent mala puni
ca. Nescaui: anima me
a conturbauit me. ppter
quadrigas aminadab.
Reuertere reuertere sula
mitis: reuertere reuertere
ut intueamur te. Quid
videbis in sunamite:
nisi choros castrorum.

Quam VII
pulchri sūt gres
sus tui in cala
amentis filia principis.
Iuncture femorū tuorū
sicut monilia: que fa
brefacta sunt manu ar
tificis. Umbilicus tuus
crater tornatilis: nūq̄
indigens poculis. Ven
ter tuus sicut acervus
tritici: vallatus lilys.
Duo ubera tua sicut
duo hinnuli gemelli ca

prec. Collum tuū sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscine in esebō: que sunt in porta filie multitudinis. Nasus tuus sicut turris libani: que respicit contra damascum. Caput tuum ut carmelus: et come capillus capitis tui sicut purpura regis. uincta canalibus. Quām pulchra es et quām decora. carissima in deliciis. Statura tua assimilata est palme: et ubera tua botris. Dixi. ascendam in palmā: apprehendam fructus eius. Et erunt ubera tua sicut botri uineę: et odor nasi tui sicut malorū. Guttur tuū sicut uinū optimū: dignum dilecto meo ad potandū: labiis q̄ et dentibus illius ad ruminandū. Ego dilecto meo: et ad me conuersio eius. Veni dilecte mi egrediamur in agrum: cōmoremur in uillis. Mane surgamus ad uineas. uideamus si floruit uinea: si flores fructus parturiūt: si floruerunt mala punica. Ibi dabo tibi ubera mea. Mandragore dederunt odorem in portis nostris. Omnia poma noua et uetera dilecte mi seruaui tibi. VII

Quis michi det te fratrem meum sugentem ubera mātris mee: ut inueniam te foris et deosculer. et iam me nemo despiciat: Apprehendam te et ducam in domum matris mee. Ibi me docebis: et dabo tibi poculum ex uino condito: et mustū malorū granatorū meorū. Leua eius sub capite meo: et dextera illius amplexabitur me. Adiuro uos filie ierusalem: ne suscitetis neq̄ euigilare faciatis dilectam. donec ipsa ue

luc. Que est ista que as
cendit de deserto deliciis
affluens? innixa super
dilectū suum? Sub ar
bore malo suscitaui te.
Ibi corrupta est mater
tua: ibi violata est ge
nitrix tua. Pone me ut
signaculum super cor
tuū: ut signaculū su
per brachium tuum?
quia fortis est ut mors
dilectio: dura sicut ife
rus emulatio. Lampa
des eius lampades ignis.
atq; flāmarū. Aque mul
te non potuerunt extin
guere caritatem: nec
flumina obruent illā.
Si dederit homo omnē
substanciā domus sue
pro dilectione: quasi ni
chil despiciet eam. So
ror nostra pua: et ube
ra non habet. Quid fa
ciemus sorori nostre in
die quando alloquen
da est? Si murus est: e
dificemus sup eum p
pugnacula argentea.
Si ostium est: cōpinga
mus illud tabulis cedri
nis. Ego murus et ube
ra mea sicut turris: ex
quo facta sum coram
eo quasi pacem repiens.
Vinea fuit pacifico: in
ea que habet populos.
Tradidit eam custodi
bus. Vir affert pro fruc
tu eius mille argente
os. Vinea mea coram
me est. Mille tui pacifica: et ducenti hy qui
custodiunt fructus ei?
Que habitas in ortis
amici ausultant: fac
me audire vocem tuā.
Fuge dilecte mi: et assi
milare capree hinnulo
q; cervorum sup mon
tes aromatum. ...

aliario seruia animam tuam. Prius sacto que sit illius necessitas: et ipse eū animo suo cogitabit: ne forte mittat super eum in terram. et dicat tibi bona est vita tua: et stet contrario videre quid tibi eueniat. Cū viro irreligioso tracta de sanctitate: et cū iniusto de iusticia: et cū mulere de hijs que emulat. Cum timido de bello: cū negociatore de traiectione: cū emptore de vendicione. Cum viro liuido de gracijs agendis: cū impio de pietate: cum inhonesto de honestate. Cum operario agrario de omni opere: cum operario annuali de cōsūmacione anni: cū seruo pigro de multa operacione. Non attendas hijs in omni cōaliario: sed cū viro scō assiduus esto. quēcumq; cognoueris obseruantē timorē dei:

nuus anima est secūdū
animam tuam. Quicū
q̄ tenebauerit in tenebr̄
non condlebit tibi: et
q̄ bonū consilij statuet
tecum. Non est enim tibi
aliud plus illo. Anima
viri sancti nunciat ali
quando vera: q̄m septē
circūspectores sedentes in
excelsum ad speculandū.
Et in hijs omnibus de
precare altissimū: ut di
rigat in veritate viam
tuam. Ante omnia ope
ra verbum verax precē
dat te: et ante omnē ac
tum consilium stabile.
Verbum negl̄m̄ mutabi
bit cor. Ex quo quatu
or partes oriuntur. bo
nū et malum. vita et
mors: et dominatrix eo
rum est assidua līgua.
Vir peritus multos eru
diuit: et anime sue suā
uis est. Qui sophistice
loquitur odibilis est:
omni re defraudabitur.
Non enim data est illi
a domino gracia. Om
ni enim sapiencia de
fraudatus est. Est sapi
ens anime sue sapiens:
et fructus sensus illius
laudabilis. Vir sapiēs
plebem suam erudit:
et fructus sensus illius
fideles sunt. Vir sapiēs
implebitur benedictio
nibus: et videntes illū
laudabunt. Vita viri
in numero dierum: di
es autem israhel innu
merabiles sunt. Sapi
ens in populo hereditā
bit honorem: et nomē
illius erit viuens in e
ternū. Fili in vita tua
tempta animā tuam:
et si fuerit negl̄m nō des
illi potestatem. Non e
nim omnibus omnia
expediunt: et non omī
anime omne genus
placet. Noli auidus es
se in omni epulacōe:
et non te effundas sup
omnem escā. In multis
enim escis erit infirmitas:

et auidicas appropinq̃
bit usq; ad coleram.
Ppter crapulam multi
obierunt: qui autem
abstinens est adiaet
ntam.

XXXVIII

Honora medicū
propter necessi
tatem: etenim
illum creauit altissim?
A deo est enim omnis me
dela: et a rege accipiet
donacionem. Disciplī
na medici exaltabit ca
put illius: et in cōspec
tu magnatorū collau
dabitur. Altissimus ere
auit de terra medicinā:
et vir prudens non ab
horrebit illam. Nonne
a ligno indulcata est
aqua amara? Ad agni
cionem hominū virtus
illorū. Et dedit ho
minibus sciencia am al
tissimus: honorari in
mirabilibus suis. In
his curans: mitigabit
dolorem. Et unguenta
rius faciet pigmēta su
auitatis: et unctiones
conficiet sanitatis: et
non consūmabuntur
opera eius. Pax enī dei
super faciem terre. Fili
in tua infirmitate nō
despicias teipsum: sed
ora ad dñm et ipse cura
bit te. Auerte a delicto et di
rige manus: et ab om
ni delicto munda cor tu
um. Da suauitatem t
memoriam similagi
nis: et ipinguia obla
cionem: et da locī me
dico. Etenim illum do
minus creauit et non
discedat a te: quia opa
eius sunt necessaria.
Est enim tempus: qñ
do in manibus eorū in
curras. Ipsi vero dñm
deprecabuntur. ut dirī
gat requiem eorum: et
sanitatem ppter conuer
sacionem eorum. Qui
delinquit in in conspec
tu eius qui fecit eū: in
cidet in manus medici.
Fili in mortuū produc

lacrimas: et quasi dura
passus in ape ploare.
Et secundū iudiciū cōtege
corpus illius: et nō despi
cias sepulturam illius.
Propter delaturā autem
amare fer luctum illi
us vno die: et consolare
propter tristiciam. Et
fac luctum secundum
meritū eius vno die uel
duobus: propter detrac
tionem. Ā tristicia enī
festinat mors et coope
ruit virtutem: et tristi
cia cordis flectit cervicē.
In abductione perma
net tristicia: et substan
cia inopis secundū cor
eius. Non deseris in tris
ticia cor tuū: sed repelle
eam a te: et memento
nouissimorū. Noli oblu
uisci. neq; enim est con
uersio: et huic nichil p
deris: et tepsum pessima
bis. Memor esto iudicij
mei: sic enim erit et tuū.
Michi heri: et tibi hodie.
In requiem mortui req

escere fac memoriā eius:
et consolare illum in ex
itu spiritus sui. Sapien
ciam scribe in tempore
vacuitatis: et qui minos
ratur actu sapienciam
capiet: quia sapiencia a
replebitur qui tenet ara
trum. et qui gloriatur
in iaculo stimulo bo
ues agitat: et conuersa
tur in operibus eorū: et
narracio eius in filijs
taurorū. Cor suū dabit
ad versandos sulcos: et
vigilia eius in sagina
vaccarū. Sic omnis fa
ber et architectus q̄ noc
tem tamq̄m diem cōsi
gnat: qui sculpit signa
cula sculptilia: et assi
duitas eius variat pic
turam. Cor suū dabit
in similitudinem pic
ture: et vigilia sua per
fectum opus. Sic faber fer
rarius sedens iuxta īcu
dem: et considerans op⁹
ferri. Vapor ignis uret
carnes eius: et in calore

fornacas concertatur.
Vox malla inouat aurem eius: et contra similitudinem vasis oculi eius. Cor suum dabit in consummacione operis: et vigilia sua ornabit inspectionem. Sic fabulus sedens ad opus suum: et conuertens pedibus suis rotam. Qui in sollicitudine posita est semp propter opus suum: et innumera est omnis operacio eius. In brachio suo formabit lutum: et ante pedes suos humiliabit virtutem suam. Cor suum dabit ut consummet linicionem: et vigilia sua munda bit fornacem. Omnes hij in manibus suis sperauerunt: et vnusquisq in arte sua sapiens est. Sine hijs omnibus non edificatur ciuitas: et non inhabitabunt nec ambulabunt: et in ecclesia non transilient. Sup sellā iudicis non sedebunt. Et testamentum iudicij non intelligent: nec palam facient disciplinam et iudicium. et in parabolis non inuenientur. sed creaturam eui confirmabunt: et deprecacio illorum in operacione artis: accommodantes animā suam. et considerantes in lege altissimi.

xxxix

Apienciam omnium antiquor exquiret sapiens: et in pphetis vacabit. Narracionem virorum nominatorum conseruabit: et in versucias parabolarum similitudinum introibit. Occulta proverborum exquiret: et in absconditis parabolarum conuersabitur.
In medio magnatorum ministrabit: et in conspectu presidis apparebit. In terra alienarum

gentes: et in sermone o
ris illius siat excepto
ria aquarū. Quoniā
in precepto ipsius pla
cor fit: et non est mino
ratio in salute illius.
Opera omnis carnis
coram illo: et non est
quicqm̄ absconditum
ab oculis eius. A seculo
usqz in seculum respicit:
et nichil est mirabile in
conspectu eius. Non est
dicere quid est hoc aut
quid est illud: omnia
enim in tempore suo q̄
rentur. Benedicto illius
quasi fluuius inunda
bit. Et quomodo cathā
clismus aridam īebria
uit: sic ira ipsius gentes
que non exquisierūt eū
hereditabit. Quomodo
conuertit aquas in sici
tatem et sicciata est terra.
et vie illius vijs illorum
directe sunt: sic peccato
ribus offensiones in ira
eius. Bona bonis crea
ta sunt ab initio: sic ne
quissimis bona et ma
la. Iniciū necessarie
rei vite hominū: aqua
ignis et ferrum. lac et
panis similagineus. t
mel et botrus vue. et o
leum et vestimentum.
Hec omnia sanctis in
bonis: sic et impijs et
peccatoribus in mala
conuertentur. Sūt spū
tus qui ad vindictam
creati sunt: et in furore
suo confirmauerūt tor
menta sua. In tempore
consūmationis effun
dent virtutem: et furorē
eius qui fecit illos con
fundet. Ignis grando.
fames et mors: omnia
hec ad vindictam crea
ta sunt. Bestiarum den
tes et scorpij et serpētes:
et rumphea vindicans
in exterminiū impios.
In mandatis eius epu
labuntur: et super ter
ram in necessitate pre
parabuntur: et in tem
poribus suis non prete

rent verbum. Propter
ab inicio confirmatus
sum et conciliatus sū.
et cogitauī et scripta di
misi. Omnia opera do
mini bona: et omne o
pus hora sua mīstrabit.
Non est dicere hoc illo
nequius est: omnia enī
in tempe suo cōprobā
buntur. Et nunc in om
ni corde et ore collauda
te et benedicite nomen
dñi. XL

Caupacio mag
na creata est ō
nibus hominibus: et
iugū graue sup filios
adam: a die exitus de vē
tre matris eorum. usq
in diem sepulture ī ma
trem omniū. Cogitacō
nes eorum et timores
cordis: adinuencio exper
tacionis et dies finicio
nis. Residentes super se
dem gloriosam usq ad
humiliatum in terra t
cinere: ab eo qui utitur
lacincio et portat coro
nam. usq ad eum qui
cooperitur lino cruda:
furor. zelus. tumultus.
fluctuacio. et timor mor
tis. ira contencio. Et in tem
pore refectionis in cubi
le: sompnus noctis ī
mutat scientiam eius.
Modicū tamq̄ nichil
in requie: et ab eo ī sōp
nis quasi in die respec
tus. Conturbatus est
in visu cordis sui: tam
q̄m qui euaserit in die
belli. In tempe saluris
sue exurrexit: et admi
rans ad nullū timorē
cum omni carne ab ho
mine usq ad pecus: et
super peccatores septu
plum. Ad hec mors. sā
guis. contencio et rum
phea: oppressiones. fa
mes. et contricio et fla
gella. Super iniquos
creata sunt hec omnia:
et ppter illos factus est
cathaclismus. Omnia
cum que de terra sunt

in terram conuertentur:
et aque omnes in mare
cõuertentur. Omne mu
nus et iniquitas delebi
tur: et fides in seculum
stabit. Substancie in
iustorum sicut fluuius
siccabuntur: et sicut to
nitruũ magnũ in plu
uia psonabunt. In a
periendo manus suas
lerabitur: sic preuarica
tores in consũmacione
tabescent. Nepotes im
piorũ non multiplica
bunt ramos: et radices
imunde sup cacumen
petrose sonant. Super
omnem aquam viridi
tas: et ad oram fluui
nis ante omne fenum
euelletur. Benda sicut
padysus in benedictio
nibus: et misericordia
in seculo pmanet. Vita
sibi sufficientis oparij
condulcabitur: et in ea
inuenies thesaurũ fili.
Edificacio cuitatis cõ
firmabit nomen: et su
per hanc mulier ĩmacu
lata cõputabitur. Di
uũ et musica letificant
cor: et sup utraq; dilec
tio sapiencie. Tybie et
psalterium suauem fac
iunt melodiam: et sup
utraq; lingua suauis.
Gracia et speciem deli
derabit oculus tuus: et
sup hoc viride pacionis.
Amicis et sodales in te
pore conuenientes: et
super uteroq; mulier cũ
viro. Fratres in aduto
rium in tempore tribu
lacionis: et super eos
misericordia liberabit.
Aurum et argentum et
constitucio pedũ: et su
per utrumq; consilium
beneplacitum. Facultа
tes et virtutes exaltant
cor: et super hec timor
domini. Non est in ti
more dñi minoracio:
et non est in eo querere
adiutoriũ. Timor dñi
sicut paradisus benedicti
onis: et super omnẽ glo

riam operuerunt illū.
Fili in tempe vite tue ne
indigeas: melius est e
nim mori qm indigere.
Vir respiciens in mensā
alienam: non est vita
eius in cogitacione vic
tus. Huc enim animā
suam cibis alienis. Vir
autem disciplinatus t
eruditus custodiet se.
In ore ipruden tis cōdui
cabitur inopia: et i vē
tre eius ignis ardebit.

Mors XLI

O mors qm amara est
memoria tua
homini pacem haben
ti in substancijs suis:
viro quieto et cuius vie
directe sunt in omnibz.
et adhuc valenti acci
pe cibum. O mors bo
ni est iudicium tuum
homini indigenti et q̄
minoratur viribus: de
fecto etate. et cui de om
nibus cura est: et incre
dibili qui perdit sapi
enciam. Noli metuere
iudicium mortis. Me
mento que ante te fue
runt: et que superuentu
ra sunt tibi. Hoc iudi
cium a domino omni
carni. Et quid supueni
et in beneplacito altis
simi: siue decem siue cē
tū. siue mille anni. Nō
est enim in inferno ac
cusacio vite. Filij abho
minacionū sunt filij
peccatorū: et qui cōuer
santur cetus domus i
piorum. Filiorū pecca
torū pereet hereditas: t
cum semine illorū assi
duitas obprobrij. De
patre impio queritur
filij: quoniam propter
illum sunt in obprobri
o. De vobis viri impij:
qui dereliquistis legem
domini altissimi. Et si
nata fueritis in maledic
cione nascemini: et si
mortui fueritis in ma
ledicione erit pars vel
tra. Omnia que de terra
sunt in terrā cōuertent:

sic impij a maledicto
in perdicionem. Luctus
hominū in corpore ip
sorum: nomen autem
impioꝝ delebitur. Curā
habe de bono nomine:
hoc enim magis pma
nebit tibi q̄n mille the
sauri magni et pcio
si. Bone vite numerus
dierum: bonū autem
nomen pmanebit in
eio. Disciplinā in pa
ce cōserua fili mi. Sa
piencia abscondi
ta et thesaurus inuisus:
que utilitas in utroq;
Melior est homo qui
abscondit stulticiam
suam: q̄m homo qui
abscondit sapiencia
suam. Verūptamen re
uertimini in hijs que p
cedunt de ore meo. Nō
est enim bonū omnē
irreuerenciam obserua
re: et non omnia om
nibus beneplacent in
fide. Erubescite a matre
et a patre de fornicacio
ne: et a pncipe et a
potente de mendacio. A
principe et a iudice de
delicto: a synagoga et
plebe de iniquitate. A
socio et amico de iniul
tate: de loco in quo ha
bitas de furto. De verita
te dei et testamento: de
disclubitu in panibus:
et ab obfuscacione da
ti et accepti. A salutan
tibus de silencio: a resl
pectu mulieris fornica
rie: et ab auersione vul
tus cognati. Ne auertas
faciem a proximo tuo:
et ab auferendo partē
et non restituendo. Ne
respicias mulierem alie
ni viri: et ne scruteris
ancillam eius: neq; ste
teris ad lectū eius. Ab
amicis de sermonibus
improperij: et cum dede
ris ne improperes ...

Capitulum XLIII

Duplices sermo
nem audicius
de reuelacione sermōis

absconditā: et eris vere
sine confusione: et inue
nies graciam in cōspec
tu omniū hominū. Ne
pro hys omnibus con
fundaris: et ne accipiā
psonam ut delinquas.
De lege altissimi et tes
tamento: et de iudicio
iustificare impiū. De
verbo sociorū et viato
rum: et de dacione here
ditatis amicorum. De
equalitate statere et
ponderū: de acquisicio
ne multorū et paucorū.
De correpcione emptio
nis et negociatorū: et de
multa disciplina filio
rum: et seruo pessimo
latus sanguinare. Su
per mulierem nequā:
bonū est signū. Ubi
manus multe sūt clau
de: et quodcūq; trades
numera et appende: da
tum vero et acceptum
omne describe. De disci
plina insensati et fa
tui: et de senioribz qui
iudicantur ab adolescē
tibus. Et eris eruditus
in omnibus: et proba
bilis in conspectu om
niū virorū. Filia pīs
abscondita est vigilia:
et sollicitudo eius au
fert somnū. Ne forte
in adolescencia sua ad
ultera efficiatur: et cō
morata cum viro odi
bilis fiat. Ne quando
polluatur in virgini
tate sua: et in paternis
suis grauida inueniā
tur. Ne forte cum viro
cōmorata transgrediā
tur: aut certe sterilis ef
ficiatur. Super filiam
luxuriosam confirma
custodiam: nequando
faciat te in obprobriū
venire inimicis: a de
tractione in ciuitate et
ab coniectione plebis: et
confundat te in multa
tudine populi. Omni
homini noli intendere
in specie: et in medio
mulierū noli cōmorari.

De vestimentis enim p
cedit tinea: et a mulie
re iniquitas viri. Melio
r est iniquitas viri q̄ꝫ
benefaciens mulier: et
mulier confundens in
obprobriū. Memor ero
igitur operum dñi: et
que vidi annūciabo.
In sermonibus domini
opera eius. Sol illumi
nans per omnia respex
it: et gloria dñi plenū
est opus eius. Nōne do
minus fecit sanctos e
narrare omnia mira
bilia sua: que cōfirma
uit dñs omnipotens
stabilire in gloria sua.
Abyssum et cor hominū
inuestigabit: et in astu
cia illorum intelligabit.
Cognouit enim dñs
omnem scientiam. et
inspexit in signū eui.
annuncians que pre
terierunt. et que supue
nura sunt: revelans ve
stigia occultorum. Non
pertransit illum omnis
cogitatus: et non abscō
ditur ab eo ullus sermo.
Magnalia sapiētie sue
decorauit: que est ante se
culum et usq̄ in seculū.
Neq̄ adiectū est neq̄ mi
nuitur: et non eget alu
cuius consilio. Quām deli
derabilia omnia opera
eius: et tamq̄m scintilla
que est considerare. Om
nia hec viuent et ma
nent in seculū: et in ō
ni necessitate omnia o
bediunt ei. Omnia du
plicia vnū contra vnū:
et non fecit quicq̄m de
esse. Vnusquisq̄ confir
mabit bona. Et q̄s
saciabitur videns glo
riam eius.

XLIII

Altitudinis firmamentum
pulchritudo eius: species celi in visio
ne glorie. Sol in aspec
tu annūcians in exitu.
vas admirabile opus
excelsi. In meridiano ex
urit terram: et in con

Adid

spectu ardoris eius q's
potest sustinere. Fo
nacem custodiens in o
peribus ardoris triplia
ter sol exurens montes:
radios igneos exsufflās
et refulgens radijs suis
obcecat oculos. Magn
dominus qui fecit illū:
et in sermonibus eius
festinabit iter. Et luna
in omnibus in tempe
suo: ostensio temporis
et signū eui. A luna sig
num diei festi: lumina
re quod minuitur in cō
sūmacone. Mensis se
undū nomen eius est:
crescens admirabiliter
in consūmacone. Vas
castrorum in excelsis:
in firmamento celi re
splendens gloriosa. Spe
cies celi gloria stellarū:
mundum illuminās
in excelsis dñs. In verb
sanctis stabunt ad iu
dicium: et non deficiēt
in vigilijs suis. Vide
arcum: et benedic qui
fecit illum. Valde spec
iosus est in splendore su
o. Circuit celum in ar
cuitu glorie sue: manu
excelsi aperuerunt illū.
Imperio suo accelerauit
nuuem: et accelerat cho
ruscaciones emittere iu
dicij sui. Propterea aper
ti sunt thesauri: et euo
lauerunt nebule sicut
aues. In magnitudīe
sua posuit nubes: et cō
fracti sunt lapides grā
dinis. In conspectu ei
cōmouebuntur mon
tes: et in voluntate eius
aspirabit nochus. Vox
tonitrui eius verbera
uit terram: tempestas
aquilonis et congrega
cio spiritus. Et sicut a
uis deponens ad seden
dum aspergit niuem:
et sicut locusta demergēs
descensus eius. Pulchri
tudinem coloris eius
ammirabitur oculus:
et sup ymbrem eius ex
pauescet cor. Gelu sicut

salem effundet super ter
ram: et dum gelauerit
fiet tamq̃m cacumina
tribuli. Frigidus ventꝰ
aquilo flauit: et gela
uit cristallus ab aqua.
Super omnem cõgrega
cionem aquarum requi
escat: et sicut lorica îdu
it se aquis. Et deuorabit
montes et exuret desertũ:
et extinguet viride sicut
ignem. Medicina om
niũ in festinacione ne
bule. Ros obuians ab
ardore veniet: humi
lem efficiet eum. In ser
mone eius siluit ventꝰ:
cogitacione sua placa
bit abissum: et planta
bit illum dominus ihe
sus. Qui nauigat ma
re enarret pericula eꝰ:
et audientes auribus
non admirabimur.
Illic preclara et mirabi
lia opera: varia gene
ra bestiarum et omniũ
pecorũ: et creatura belu
arum. Propter ipsum
consũmatus est sermonis
finis: et in sermone eius
composita sunt omnia.
Multa dicemus et defi
cimus verbis: consũma
cio autem sermonum
ipse est in omnibus.
Gloriantes ad quid va
lebimus. Ipse enim om
nipotens sup omnia
opera sua. Terribilis do
minus et magnus ve
hementer: et mirabilis
potencia ipsius. Glori
ficantes dominũ q̃n
tũcumq; potuerimus su
pualebit adhuc: et ad
mirabilis magnificꝫ
cia eius. Benedicentes
dominũ exaltate illũ
quantum potestis: ma
ior est enim omni lau
de. Exaltantes eũ: reple
mini virtute. Ne labo
retis: non enim pueni
etis. Quis vidit eum et
enarrabit: et quis mag
nificauit eum sicut est
ab inicio: Multa absc̃o
dita sunt maiora hys:

pauca enim vidimus operum eius. Omnia autem dñs fecit: et pie agentibus dedit sapien

Laam. XLIIII

Laudemus viros gloriosos et parentes nostros: in generacione sua. Multam gloriam fecit dominus: magnificencia sua a seculo. Dominantes in potestatibus suis homines magni virtute, et prudencia sua prediti: nuncciantes in prophetis dignitatem prophetarum. et imperantes in presencia populo. et virtute prudencie populis sanctissima verba. In puericia sua requirentes modos musicos: et narrantes carmina scripturarū. Homines divites in virtute: pulchritudinis studiū habentes: pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generacionibus

gentis sue gloriam adepta sunt: et in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt. reliquerunt nomē narrandi laudes eorū: et sunt quorū non est memoria. Perierūt quasi qui non fuerint: et nati sunt quasi nō nati: et filij ipsorum cum illis. Sed illi viri misericordie sunt: quorum pietates non defuerunt. Et cū semine ipsorū p seuerat bona hereditas: et nepotū eorum semē in testamento stetit: et filiorū ipsorum propter illos. Usq; in eternum manet semē eorum: et gloria eorū non derelinquetur. Corpora eorū in pace sepulta sunt: et nomen eorū viuet in generaciones et generaciones. Sapienciā ipsorū narrent populi: et laudem eorum nunciat ecclesia. Enoch pla

cuit deo et translatus ē
in paradisum: ut det
gentibus sapiencaam.
Hoc inuenais est pfec
tus uistus: et in tempe
racaundie factus est re
conaliacao. Ideo dimi
sum est reliquū terre:
cum factum est diluuu
um. Testamenta secu
li posita sunt apud il
lum: ne deleri possit di
luuio omnis caro. A
braham magnus pa
ter mulatudinis gen
cium: et non est inuen
tus similis illi in glo
ria. Qui conseruauit
legem excelsi: et fuit in
testamento cum illo.
In carne eius stare fecit
testamentū: et in temp
tacione inuentus est fi
delis. Ideo iureiurando de
dit illi gloriam in gen
te sua: crescere illū qua
si terre cumulū. et ut
stellas elu exaltare se
men eius: et hereditari
illos a mari usq; ad
mare: et a flumine usq;
ad terminos terre. Et
ysaac eodem fecit modo.
Pter abraham patrem
ipsius. Benedictionem
omniū gencium dedit
illi: et testamentum cō
firmauit super caput
iacob. Agnouit eum in
benedictionibz suis: et de
dit illi hereditatem. et
diuisit ei partem in tri
bubus duodecī: et cōser
uauit illi homines mi
sericordie. inuenientes
graciam in oculis om
nis carnis. xlv
Dilectus a deo et
hominibz mo
yses: cuius me
moria in benedictione
est. Similem illū fecit
fecit in gloria sanctoz:
et magnificauit eum
in timore inimicoz̄:
et in verbis suis mōstra
placauit. Glorificauit
illum in conspectu regū:
et iussit illi coram popu
lo suo: et ostendit illi

gloriam suam. In fide
et lenitate ipsius sanc
tum fecit illum: et elegit illū de omni carne.
Audiuit enim eū et vocem ipsius: et induxit
illum in nube. Et dedit
illi coram ad precepta et legem vite et disciplinę:
docere iacob testamentum et iudicia sua israel.
Exceltum fecit aaron
fratrem eius: et similem sibi de tribu leui. Statuit ei testamentum eternum: et dedit illi sacerdotium gentis: et beatificauit illum in gloria: et circumcinxit illum zonā glorie. Induit illū stolam glorie: et coronauit illum in vasis virtutis. Circūpedes et femoralia. et humerale posuit ei: et cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in giro. dare sonitum in incessu suo: auditum facere sonitum in templo. in memoriam filijs gentis sue.
Stola sancta auro et iacincto et purpura. opus textile viri sapientis iudicio et veritate p̄
dict. toto corde opus
artificis gemmis preciosis. figuratis in ligatura auri: et opere lapidarij sculptis. in memoriam secundū numerū
tribuū israhel. Coronā
auream sup mitram
eius expressam signo
sanctitatis: gloria honoris et opus virtutis.
desideria oculorum ornata. Sic pulchra ante ipsum non fuerunt
talia: usq; ad orientē.
Non est indutus illa
alienigena aliquis:
sed tantū filij ipsius solū: et nepotes eius per
omne tempus. Sacrificia ipsius consūmata
sunt igni cotidie. Complevit moyses manus
eius: et unxit illū oleo
sancto. Factum est illi

in testamentū eternū:
et semini eius sicut dies
celi. Fungi sacerdcio et
habere laudem: et glo
rificari populū suum
in nomine suo. Ipsum
elegit ab omni viuen
te offerre sacrificiū deo:
incensum et bonū odo
rem in memoriā placa
re pro pplo suo. Et dedit illi
in preceptis suis potes
tatem: in testamentis
iudicioꝝ ut doceret iacob
testimonia: et in lege
sua lucem dare israhel.
Qui contra illum steterunt alieni: et propter
inuidiam ceciderunt illū in deserto ho
mines qui erant cum
dathan et abyron: et
congregacio chore in
ira cum diam. Vidit do
minus deus et nō pla
cuit illi: et consumpti
sunt in impetu ire cum
die. Feci illis monstra:
et consumpsit eos in
flāma ignis. Et addi
dit aaron gloriam: et
dedit illi hereditatem: et
primicias fructuū terre
diuisit illi. Panem ip
sis in primis parauit
in sanctitatem. Nam sa
crificia domini edent: q
dedit ipsi et semini eius.
Ceterū in terra gentes nō
hereditabit: et pars non
est illi in gente: ipse enī
pars eius et hereditas.
Phynees filius eleaza
ri tercius in gloria: imi
tando ipsum in timo
re dei. et stare in reuueren
cia gentis. In bonita
te et alacritate anime
sue placuit deo israhel.
Ideo statuit ad illū tes
tamentū pacis pena
pem sanctoy et gentis
sue: ut sit illi et semini
eius sacerdcij dignitas
in eternū: et testamen
tum dauid regi filio ies
se de tribu iuda hereditas
ipsi et semini eius: ut
daret sapiencia m in cor
nostrum iudicare gen

tem suam in iustica a. ne abolerentur bona ipsoꝝ: et gloriam ipsorum in gentem eorū eternā fecit. XLVI

Deus in bello iheſu naue ſucceſſor moyſi in pheticis: qui fuit magnus ſecundū nomen ſuum: maximus in ſalutem electoꝝ dei. expugnare inſurgentes in hoſtes ut conſequeretur hereditatem iſrahel. Quā gloriam adeptus eſt in tollendo manus ſuas: et iactando contra ciuitates rumpheas. Quis ante illum ſic reſtitit: Nam hoſtes ipſe dominus pauſit. Aut non ī uacuidia eius impeditus eſt ſol. et una dies facta eſt quaſi duo. Inuocauit altiſſimū potentem in oppugnādo inimicos undiq. et audiuit illum magn⁹ et ſanctus deus. In lapidis grandinis virtutis valde fortis. impetū fecit contra gentem hoſtilem: et in deſcenſu perdidit contrarios: ut cognoſcant gentes potentiam eius: quia pugnare contra dñm non eſt facile: et ſecutus eſt a tergo potentes. Et in diebus moyſi miſericordiam fecit. ipſe et caleb filius iephonne ſtare contra hoſtem et phīb̄e gentem a peccatis: et ſtringere murmur malicie. Et ipſi duo conſtitutī a periculo liberati ſunt. a numero ſexcentorum miliū pediū: inducere illos in hereditatem. in terram que manat lac et mel. Et dedit dominus ipſi caleb fortitudinem: et uſq. in ſenectutem pmanſit illi virtus: ut aſcēderet in excelſum terre locū. Et ſemen ipſius obtinuit hereditatem. Et uidēt

omnes filij israhel: qui
a bonū est obsequi cō
deo. Et iudices singuli
suo nomine quorum
non est corruptum cor.
qui non auersi sunt a
domino. ut sit memoria
illorum in benedicti
one: et ossa eorum pul
lulent de loco suo. Et
nomen eorum pma
net in eternū: perma
nens ad filios illorū
sanctorū virorū gloria.
Dilectus a deo suo sa
muhel pheta domini
renouauit imperiū: et
unxit principes in gen
te sua. In lege domini iu
dicauit congregacionē:
et vidit dñs iacob: et in
fide sua probatus est p
pheta. Et cognitus est
in verbis suis fidelis: q
a vidit deum luras. Et
inuocauit dñm omni
potentem: in oppugnā
do hostes arcūstantes ū
diq. in oblacione vni
uiolati. Et intonuit

e celo dominus. In soni
tu magno audicam fe
cit vocem suam: et con
triuit principes tirioꝝ
et omnes duces philis
tim. Et ante tempus fi
nis vite sue et seculi: tes
timonium prebuit in cō
spectu domini et cristi.
Pecunias et usq; ad cal
camenta ab omni car
ne non accepit: et non
accusauit illum homo.
Et post hoc dormiuit:
et notum fecit regi. et
ostendit finem vite sue.
Et exaltauit vocem ex
de terra in pheta: delere
impietatem gentis...

POst hec surrexit na
than pheta in
diebus dauid: et quasi
adeps sepatus est a car
ne. Sic dauid a filijs is
rahel. Cum leonibus
lusit quasi cum agnis:
et in ursis similiter fecit
sicut cum agnis ouiū.
In iuuentute sua nūq̄d

non occidit gigan
tem: et abstulit obpro
brium de gente. In tol
lendo manū in saxo fū
de: decoat exultacionē
golie. Vbi inuocauit
dominū omnipotentē:
et dedit in dextera eius
tolerare hominem fo
tem in bello: et exalta
re cornu gentis sue. Sic
in decem milibus glo
rificauit eum: et lauda
uit eum in benedictio
nibus domini. in offerē
do illi coronā glorie. Cō
triuit enim inimicos
undiq; et extirpauit
philistiim contrarios
usq; in hodiernū diem.
Contriuit cornu ipsoz
usq; in eternū. In omni
opere dedit confessionē
sancto. et excelso in ver
bo glorie. De omni cor
de suo laudauit dñm:
et dilexit deum qui feat
illum: et dedit illi cōtra
inimicos potenciā. Et
stare feat cantores con
tra altare: et in sono eo
rum dulces feat modos.
Et dedit in celebracioni
bus dies: et ornauit tē
pora usq; ad consūma
cionem vite: ut lauda
rent nomen sanctū do
mini. et amplificaret
mane dei sanctitatem.
Cristus purgauit pec
cata ipsius: et exalta
uit in eternū cornu ei?
Et dedit illi testamentū
regū: et sedem glorie in
israhel. Post ipsū sur
rexit filius sensatus: et
post illū dreat omnē po
tenciā inimicorū. Salo
mon impauit in die
bus pacis. Cui subiecit
deus omnes hostes ut
conderet domū in nōe
suo et pararet sanctua
rium in sempiternum:
quēadmodū eruditus
est in iuuentute sua: et
impletus est quasi flu
men sapiencia. Et ter
ram retexit anima tu
a: et replesti in compa

nonibus enigmata.
Ad insulas longe di
uulgatum est nomen
tuum: et dilectus es in
pace tua. In cantilenis
et proverbijs et compa
onibus et interpreta
nibus: mirate sunt ter
re. Et in nomine domi
ni est cognomen deus
israhel. collegisti quasi
aurichalci aurum: et
ut plumbum comple
ti argentum: et inclina
ti femora tua mulieri
bus. Potestatem habu
isti in corpore tuo. dedi
ti maculam in gloria
tua: et pphanasti semi
num inducere iracun
diam ad liberos tuos
et in ceteris stulticiam
tuam: ut faceres impe
rium bipartitum. et ex
ephraim imparе impe
rium durum. Deus au
tem non derelinquet mi
sericordiam suam et
non corrumpet neqꝫ de
lebit opera sua: neqꝫ p
det ab stirpe nepotes e
lecti sui: et semen eius
qui diligit dominū nō
corrumpet. Dedit autē
reliquū iacob. et dauid
de ipsa stirpe. Et finem
habuit salomon cum
patribus suis: et relic
post se de semine suo gē
tis stulticiam et minu
tum prudencia. roboā
qui auertit gentem cō
silio suo. Et ieroboam
filium nabath qui pec
care fecit israhel: et dedit
ephraim viam peccan
di. Et plurima reddi
derunt peccata ipso
rum: valde auerterunt
illos a terra sua. Et que
siuit omnes nequicias
usqꝫ dum ueniret ad
illos defensio: et ab om
nibus peccatis liberā
uit eos ... XLVIII

Et surrexit helu
as pphetа qua
si ignis: et ver
bum ipsius quasi fa
cula ardebat. Qui in

dixit in illos famem:
et imutantes illū inui
dia sua pauca facti sūt.
Non potuerant enī sus
tinere precepta domini.
Verbo dnī continuit
celum: et elegit a se ignē
terre. Sic amplificatus
est helias in mirabili
bus suis. Et quis po
test similiter gloriari
tibi: Qui sustinuisti mor
tuum ab inferis de sor
te mortis: in verbo do
mini dei. Qui dejecisti
reges ad pniciem: et cō
fregisti facile potentās
ipsorum: et gloriosos
de lecto suo. Qui audis
ti syna iudicium: et i
choreb iudicia defensio
nis. Qui ungis reges
ad penitentiam: et pro
phetas facis successores
post te. Qui receptus es
in turbine ignis: i cur
ru equorum igneorū.
Qui inscriptus es in ī
dicijs temporū lenire ira
tundiam domini: con
ciliare cor patris ad fi
lium. et restituere tribu
s iacob. Beati sunt qui
te viderunt: et in amici
cia tua decorati sunt.
Nam nos vita vluum?
tantū: post mortē autē
nō erit tale nomē nostrū.
Helias qui in turbine
rectus est: et in heliseo
completus est spūs
eius. In diebus suis nō
timuit principem: et
in potentia nemo vicit
illum nec supauit illū
verbum aliquod: et mor
tuum ꝑphetauit corp⁹
eius. In vita sua fecit
monstra: et in morte mi
rabilia operatus est.
In omnibus istis non
penituit populus: et
non recesserunt a pecca
tis suis. usq; dum ab
lecti sunt de terra sua: et
dispersi sunt in omnē
terram. Et relicta ē gens
ꝑpauca: et princeps in
domo dauid. Quidam
ipsorū fecerunt quod

placeret deo: alij autem
multa cõmiserunt pec
cata. Ezechias muni
uit ciuitatem suam: et
induxit in mediũ ipsius
aquam. Et fodit ferro
ripem: et edificauit ad
aquam puteum. In di
ebus ipsius ascendit se
nacherib et misit rapsa
cen: et sustulit manum
suam contra illos. Et
extulit manũ suam in
syon: et superbus fact⁹
est potencia sua. Tunc
mota sunt corda et ma
nus ipsorum: et doluc
runt quasi parturien
tes mulieres. Et inuoca
uerunt dominũ mise
ricordem: expandẽtes ma
nus extulerunt ad celũ:
et sanctus dominus de
us audiuit eos voces
ipsorum. Non est com
memoratus peccatorũ
illorum: neq; dedit illos
inimicis suis: sed pur
gauit illos in manu y
saie sancti ꝓphete. Sub

uocat castra assiriorum:
et contriuit illos ange
lus dei. Nam fecit ezech
as quod placuit deo: et
fortiter iuit in via da
uid patris sui: quam
mandauit illi ysaias
ꝓpheta magnus et fide
lis in conspectu dei. In
diebꝫ ipsius retro rediit
sol: et addidit regi vitã.
Spiritu magno vidit
ultima: et consolatus ẽ
lugentes syon usqꝫ in
sempiternũ. Ostendit
futura: et abscondita
antequã euenirent...

Emo xlix
ria posie in cõ
posicione odo
ris facta. opus pigmen
tarij. In omni ore qua
si mel indulcabitur ei⁹
memoria: et ut musica
in cõuiuio vini. Ipse est
directus diuinitus in pe
nitencia gentis: et tulit
abhominaciones impi
etatis. Et gubernauit
ad dñm cor ipsius: et

in diebus peccatorū cor
roborauit pietatē. Pre
ter dauid et ezechiam et
iosiam. omnes peccatū
cōmiserunt. Nam relin
querunt legem altissi
mi reges potentes iude:
et contempserunt timo
rem dei. Dederunt enim
regnū suum alijs: et
gloriam suam alieni
gene genti. Incenderūt
electam sanctitatis ciui
tatem: et desertas fecerūt
vias ipsius in manu
ieremie. Nam male
tractauerunt illū qui
a ventre matris consti
tutus est pphetare: euer
tere et euellere. et perdere.
et iterum edificare et re
nouare. Ezechiel qui
vidit conspectum glo
rie: quam ostendit illi
in curru cherubim. Nā
cōmemoratus est inimi
corum in ymbre: be
nefacere illis qui osten
derunt rectas vias. Et
duodecim pphetarum
ossa pullulent de loco su
o. Nam corroborauerūt
iacob: et redemerunt se
in fide virtutis. Quomō
amplificemus zorobaba
bel. Nam et ipse quasi
signum in dextera ma
nu israhel. Et ihesum fi
lium iosedech: qui in di
ebus suis edificauerūt
domū. et exaltauerunt
templum sanctū domi
no. paratum in gloriā
sempiternā. Et neemi
a in memoria multa tē
pons: qui erexit nobis
muros euersos. et statue
runt portas et seras: q̄
erexit domos nostras.
Nemo natus est in terra
qualis enoch: nam et
ipse receptus est a terra.
Et ioseph qui natus est
homo princeps fratrū.
firmamentū gentis: rec
tor fratrum. stabilimē
tum populi. Et ossa ip
sius visitata sunt: et
post mortem pphetaue
runt. Seth et sem apud

homīes gl'am adepta ſt:
et ſup omnē animam
in origine adam. ℣
Symon onye ſi
luus ſacerdos
magnus qui ī
vita ſua ſuſtulit domū:
et in diebus ſuis corobo
rauit templū. Templi e
iam altitudo ab ipſo fū
data eſt: duplex edificacio et excelſa parietis tem
plū. In diebus ipſius e
manauerūt putei aqua
rū: et quaſi mare adim
pleti ſunt ſupra modū.
Qui curauit gentē ſuā:
et liberauit illam a pdi
cone. Qui preualuit ā
plificare ciuitatem: qui
adeptus eſt gloriam in
conuerſacionē gentis:
et ingreſſum domus et
atrij amplificauit. ℣
Si ſtella matutina in
medio nebule. et quaſi
luna plena in diebus
ſuis lucet: et quaſi ſol
refulgens ſic ille effulſit in templo dei. Quaſi
arcus refulgens inter
nebulas gloriē: et qua
ſi flos roſarum in die
bus vernis. Quaſi lilia
q̄ que ſunt in tranſitu
aque: et quaſi thus re
dolens in diebus eſta
tis. Quaſi ignis efful
gens: et thus ardens in
igne. Quaſi vas auri
ſolidum: ornatum om
ni lapide pretioſo. Qua
ſi oliua pullulans: et
cypreſſus in altitudinē
ſe tollens. In acapien
do ipſum ſtolam glo
rie: et veſtiri eum con
ſūmacionem virtutis.
In aſcenſu altaris ſāc
ti: gloriam dedit ſanc
titatis amictum. In ac
apiendo autem partes
de manu ſacerdotum:
et ipſe ſtans iuxta arā.
Circa illum corona fra
trū: quaſi plantacio ce
dri in mōte libano. Sic
circa illum ſteterūt qua
ſi rami palme: et omnes
filij aaron in gl'a ſua.

Oblacio autem domi
in manibus ipsorum:
coram omni synago
ga israhel. Et consum
macione fungens in a
ram amplificare obla
cionem excelsi regis:
porrexit manu suam
in libacione: et libauit
de sanguine uue. effu
dit in fundamento al
taris. odorem diuinu
excelso principi. Tunc
exclamauerunt filij a
aron in tubis productili
bus sonuerunt: et au
ditam fecerut magnā
uocem in memoriam
coram deo. Tunc omis
populus simul ppera
uerunt: et ceciderunt in
faciem super terram ad
orare dominū suū: et
dare preces omnipoten
ti deo excelso. Et amplu
ficauerunt psallentes
in vocibus suis: et in
magna domo auditus
est sonus suauitatis
plenus. Et rogauit po
pulus dominū excelsū
in prece. usq; dum pfec
tus est honor domini: t
munus suum pfecerit.
Tunc descendens exultat
manus suas in omnē
congregacionem filio
rum israhel: dare glori
am deo a labijs suis. et
in nomine ipsius glo
riari. Et iterauit oracā
onem suam. volens os
tendere virtutem dei: et
plus orauit deum om
nipotentē qui magna fecit
in omni terra. Qui auxe
rit dies nostros a vētre
matris nostre. et fecit no
bis scām secundū suam mi
sericordiam: det nobis
iocunditatem cordis et
fieri pacem in diebus
nostris in israhel p di
es sempiternos. Credere
israhel nobis scām esse mi
sericordiam dei: ut libe
ret eos in diebus suis.
Duas gentes odit ani
ma mea: terciam autem
non est gens quā oderī

Qui sedent in monte se
on. et philistiim: et stul
tus populus qui habi
tat in sichimis. Doctri
nam sapientie et disci
pline scripsit in codice
isto ihesus filius syrach
ierosolimita: qui reno
uauit sapientiā de cor
de suo. Beatus qui in is
tis versatur bonis. Q
ponit illa in corde suo:
sapiens erit semper. Si
enim hec fecerit ad om
nia valebit: quia lux
dei vestigium eius est.

Oratio ihesu filij syrach.

CONfitebor tibi domine rex:
et collaudabo
te deum saluatorem me
um. Confitebor nomi
ni tuo quoniam adiutor
et protector factus es mi
chi: et liberasti corpus
meum a pdicione. A
laqueo lingue inique:
et a labijs operantium
mendacium. Et in con
spectu astantiū factus

es michi adiutor: et li
berasti me secundū mul
titudinem misericordi
e nominis tui. A rugi
entibus ꝑparatis ad es
cam: de manibus que
rentium animā meā:
et de portis tribulacio
nū que circūdederūt me.
A pressura flamme que
circumdedit me: et ī me
dio ignis nō sum estu
atus. De altitudine vē
tris inferi: et a lingua
coinquinata et a verbo
mendacij. A rege iniquo:
et lingua iniusta. Iau
dabit usq; ad mortem
anima mea dominū:
et vita mea appropin
quans erat in inferno
deorsum. Circūdederunt
me undiq; et non erat
qui adiuuaret. Respi
ciens eram ad adiutoriū
hominū: et non erat.
Memoratus sum mise
ricordie tue domine. et
operationis tue que a
seculo sunt: quoniam

etuis sustinentes te. et
liberas eos de manibz
gentium. Exaltasti su
per terram habitacio
nem meam: et p mor
te defluenta deprecatus
sum. Inuocaui dominū
patrem dñi mei: ut nō
derelinquat me in die
tribulacionis mee. et
in tempore superboz sine adiutorio. Laudā
bo nomen tuum assi
due: et collaudabo illud
in confessione: et exau
dita est oracio mea. Li
berasti me de pdicione:
et eripuisti me de tempe
inimico. Propterea confite
bor et laudem dicam ti
bi: et benedicam nomē
domini. cum adhuc iu
nior sum. Priusqm ob
dormirem: quesiui sapiē
ciam palam in oracio
ne mea. Ante templum
postulabam pro illa:
et usqz in nouissimis i
quiram eam: et flore
bit tamqm precox uua.

letatum est cor meū in
ea: ambulauit pes me
us iter rectū. A iuuenta
te mea inuestigabam
eam: inclinaui modice
aurem meam et excepi
illam. Multam inueni
in meipso sapienciā:
et multum profecta in ea.
Dabit michi sapienciam dabo gloriam: con
gaudens sum ei ut fa
ciam illam. Zelatus sū
bonum: et non confū
dar. Colluctata est ani
ma mea in illa: et in fa
ciendo eam confirmat
sum. Manus meas ex
tendi in altum: et in sa
pienciā eius luxit ani
ma mea. Direxi aduersū:
et in agnicione inueni
eam. Possedi cum ipsis
cor ab initio: propter
hoc non derelinqr. Den
ter meus conturbatus
est querendo illam: pp
terea possidebo bonam
possessionem. Dedit e
nim michi dñs linguā

mercedem meam: et ipsa laudabo eum. Appropiate ad me ĩdocti: et congregate vos in domo disciplinę. Quid adhuc retardatis: et q̃d dicatis in hijs: Anime vestre sicut vehementer. Aperui os meũ: et locutus sum. Compate vobis sine argento sapiencia am: et collum vestrum subiicite iugo eius: et suscipiat aĩa vestra disciplinam. In proximo est enim inuenire eam. Videte oculis vestris quia modicum laboraui: et ĩueni mihi multam requiem. Assumite disciplinam in multo numero argenta: et copiosum aurum possidete in ea. Letetur anima vestra ī misericordia eius: et non confundemĩ in laude ipsius. Opaĩ opus vestrum ante tempus: et dabit vobis mercedẽ vestram in tempe suo.

Explicat oẽ ihesu filij syrach.

Sequitur oẽ salomõis.

Et inclinauit salomon genua sua in cõspectu omnis ecclesie israhel: et aperuit manus suas ad celum et dixit. Domine deus israhel. non est tibi similis deus in celo sursum neq; in terra deorsũ: qui custodis testamentũ tuũ et misericordiam pueris tuis qui ambulant in cõspectu tuo ī toto corde: seruians puero tuo dauid que locutus es illi. Et locutus es in ore tuo: et in manu tua implesti quasi dies iste. Et nunc domine deus israhel: custodi puero tuo dauid pãi meo. que locutus es illi dicens. Non deerit tibi vir a facie mea: sedens in throno isrl. Verũptamen si custodierint filij tui legem me

am. ut in preceptis meis
ambulēt: sicut ambula
uerunt in conspectu me
o fideles. Et nunc dñe d
us israhel: creditum est
verbum quod locutus
es puero tuo dauid. Q
niam si vere habitab
deus cum hominibus
in terra. si cēlū cēli non
sufficiant tibi: quāto
magis domus hec quā
edificaui: Sed respicēs
ad oracionem pueri tu
i et precacionem eius.
ut exaudias domīe pla
cacionem oracionis.
quam puer tuus ora
coram te hodie: ut sint
oculi tui sup domū hāc
die ac nocte. in loco quo
dixisti inuocari nomē
tuū: et exaudias ora
onem quam puer tu
us orat in hoc loco. et
exaudias p̄cacionem
pueri tui et populi tui
israhel. si orauerit in lo
co isto: et exaudias in
loco habitacionis de

Hdfuſſe quod additum
eſt. Diſcant igitur ob
trectatores mea recipere
in toto quod in paruis
ſuſceperint: aut inter
pretacionem meam cū
aſteriſcis ſuis radere.
Neq; enim fieri poteſt
ut quos plura interpo
ſiſſe conſpexerint. non
eoſdem etiam in quibus
dam erraſſe fateantur:
precipue in iob. Cui ſi
ea que ſub aſteriſcis ad
dita ſunt ſubtraxeris.
pars maxima detrun
cabitur: et hoc dūtaxat
apud grecos. Ceterū
apud latinos ante eā
tranſlacionem quam
ſub aſteriſcis et obelis
nup edidimus. ſeptin
genta ferme aut octin
gēta verſus ſunt. ut de
curtatus et laceratus
coerosus q; liber. fedita
tem ſui publice legenti
bus prebeat. Hec autē
tranſlacio nullum de
veteribus ſequitur in

Lowisa Van Der Lest
Jonge Zoger 1739

terpretem: sed ex ipso he
braico arabicoq̄ sermo
ne et interdum cyro nūc
verba nūc sensus. nunc
simul utrūq̄ resonabit.
Obliquus enim etiam
apud hebreos totus lib'
fertur et lubricus: et qd
grece rethores vocāt sce
matismenos. dumq̄ a
liud loquitur aliud a
git: ut si velis anguil
lam uel murenulā stric
tis tenere manibus: qñto
fortius premeris. tanto
acrius elabitur. Memini
me ob intelligentiam
huius voluminis lu
dum quēdam preceptō
rem qui apud hebreos
primus haberi putaba
tur. non parvus redemis
se nūmis: ut uus doctri
na an aliquid pfecerī
nescio. Hoc unum scio:
non potuisse me inter
pretari nisi quod ante
intellexeram. A prima
pro ultraq̄ voluminis
usq̄ ad verba iob: apd
hebreos prosa oratio ē.
Porro a verbis iob in
quibus ait. pereat dies
in qua natus sū. et nox
in qua dictum est con
ceptus est homo. usq̄
ad eum locum ubi an
te finem voluminis sēp
tum est. idcirco ipse me
reprehendo et ago pe
nitentiam in faucilla et
cinere. exametri versus
sunt dactilo spondeo q̄
currentes: et pter līgue
ydioma crebro reprien
tes et alios pedes non e
rūdem sillabarū. sed
eorūdem temporum. In
terdum quoq̄ rigimus
ipse dulas et annulus
fertur. numeris lege re
solutis: quod metrica
magis q̄m simplex lec
tor intelligunt. A supī
dicto autem versu usq̄
ad finem libri: paruū
comma quod remanet
prosa oratione contexi
tur. Quod si qui uidetur
inaedulum. metra solu

cet esse apud hebreos. et
in morem nostri fla
gretaq; pindari. et alche
et sapho. uel psalterii.
uel lamentacones iere
mie. uel omnia ferme
scripturarū cantica com
prehendi: legat philo
nem. iosephum. origi
nē. cesariensem eusebiū:
et eorum testimonio me
uerum dicere comproba
bit. Audiant quapro
ter canes mei idarco me
in hoc uolumine labo
rasse. non ut interpreta
cionem antiquam rep̄
henderem: sed ut ea que
in illa aut obscura sūt
aut omissa. aut certe sp̄
torum uicio deprauata
manifestiora nostra in
terpretacione fierēt: qui
et hebreum sermonem
ex parte didicimus. et ī
latino pene ab ipsis au
nabilis inter grāmata
cos et rethores et philo
sophos detracti sumus.
Qd̄ si apud grecos post
septuaginta edicionem
iam cristi euangelio cho
ruscante. iudeus aquila
et symmachus ac theo
docion iudaizantes here
tica sunt recepti. q̄a mul
ta misteria saluatoris
subdola interpretacione
celarunt: et tamen in ex
aplis habentur apud
ecclesias et explanantur
ab ecclesiasticis uiris:
quanto magis ego chri
stianus de parentibus
xp̄ianis. et uexillum cru
cis in mea fronte portās.
cuius studium fuit o
missa repetere. depraua
ta corrigere. et sacramen
ta ecclesie puro et fideli
aperire sermone. uel a
fastidiosis uel a malig
nis lectoribus non debeo
reprobari: Habeant qui
uolunt ueteres libros.
uel in membranis pur
pureis auro argentoq;
descriptos. uel uncialibz
ut uulgo aiunt literis
oneratos magis exarata q̄

Latina Iacobi
Jorm Van Schravesande
Is Hier Gewest
1739

codices: dūmodo michi
meas q̄ p̄mittant pau
peres habere cedulas: t
non tam pulchros codi
ces q̄m emendatos. Vtra
q̄ edicio et septuaginta
iuxta grecos. et mea iux
ta hebreos in latinū me
o labore translata est.
Eligat vnusquisq̄ qd̄
vult: et studiosiū se ma
gis q̄m maliuolū pro
bet. Explicat prefacio.

[redacted]

Incipit liber beati iob

Vir erat in terra hus: no
mine iob. Et erat vir il
le simplex et rectus ac
timens deum: et recedens
a malo. Natiq̄ sunt ei
septem filij: et tres filie.
Et fuit possessio eius sep
tem milia ouiū. et tria
milia camelorū: quin
genta quoq̄ iuga boū.
et quingente asine: ac
familia multa nimis.
Eratq̄ vir ille magnus
inter omnes orientales.
Et ibant filij eius et fa
ciebant conuiuiū per
domos: vnusquisq̄ in
die suo. Et mittentes vo
cabant tres sorores suas:
ut comederent et biberēt
cum eis. Cumq̄ in orbē
transissent dies cōuiuij:
mittebat ad eos iob. et
sanctificabat illos. Cō
surgensq̄ diluculo: of
ferebat holocausta per
singulos. Dicebat enī.
Ne forte peccauerint fi
lij mei: et benedixerint
deo in cordibus suis. Sic
faciebat iob cunctis di
ebus. Quadam autem
die cum venissent filij
dei ut assisterent coram
domino: affuit inter e
os etiam sathan. Cui
dixit dominus. Vnde ve
nis: Qui respondēs ait.

C. Krebs. Erford. Thuringus. d. 15. Maii 1727.

N. B. von der Decken Bremensis 1727

G. L. D. Kielmans Egge Aug: 1721 Hanoverianus.

C. A. v. Kielmans-Egge. Augsta
Abr van de Wiele 1725
Jan van den Hoke 1725
Bregitta Alarda
Storm van
's Gravesande, Fecit

Circuiui terram: et p
ambulaui eam. Dixit
itq; dominus ad eum.
Nūquid consideraſti
ſeruū meum iob. q nō
ſit ſimilis ei in terra?
homo ſimplex et rectus
et timens deum. ac re
cedens a malo. Cui rel
pondens ſathan ait.
Nūquid frustra timet
iob deum: Nonne tu
vallaſti eum et domū
eius? vniuerſāq; ſub
ſtanciam per circuitū?
Operibus manuū ei
benedixiſti: et poſſeſſio
eius creuit in terra. Sed
extende paululum ma
nū tuam. et tange cūc
ta que poſſidet: niſi in
facie tua benedixerit
tibi. Dixit ergo dñs ad
ſathan. Ecce vniuerſa
que habet in manu tu
a ſūt: tātūm in eū ne extē
das manū tuam. Egreſ
ſusq; eſt ſathan a fa
cie domini. Cum autē
quadam die filij et filie

eius comederent et bibe
rent vinū in domo fra
tris ſui primogeniti:
nuncius venit ad iob
qui diceret. Boues ara
bant et asine paſcebā
tur iuxta eos: et irrue
runt ſabei. tulerunt q;
omnia et pauſerūt pu
eros gladio: et euaſi e
go ſōlus ut nunciarē
tibi. Cumq; adhuc ille
loqueretur: venit alter
et dixit Ignis de deſcen
et tulerunt eos: [illegible]
et pueros pauſerūt gla
dio: et effugi ego ſolus
ut nunciarem tibi. Ad
huc loquebatur ille: et
ecce alius intrauit et dix
it. Filijs tuis et filiabus
veſcentibus et bibentib;

vinū in domo fratris
ſui primogeniti: repen
te ventus vehemens ir
ruit a regione deſerti. et
concuſſit quatuor an
gulos domus. Que cor
ruens oppreſſit liberos
tuos et mortui ſunt: et
effugi ego ſolus ut nū
tiarem tibi. Tunc ſur
rexit iob et ſcidit tunicā
ſuam: et tonſo capite
corruens in terram ad
orauit et dixit. Nudus
egreſſus ſum de utero ma
tris mee: et nudus reuer
tar illuc. Dominus de
dit dñs abſtulit: ſicut
domino placuit ita fac
tum eſt: ſit nomen do
mini benedictū. In om
nibus hijs non peccauit
iob: neq; ſtultum quid
contra deum locutus eſt.

Factum ē autem cū qua
dam die venis
ſent filij dei et ſtarent co
ram domino: veniſſet
quoq; ſathan inter eos
et ſtaret in conſpectu e
ius: ut diceret dominus
ad ſathan. Unde venis:
Qui reſpondens ait. Cir
cuiui terram: et pambu
lauiſam. Et dixit domi
nus ad ſathan. Nūq̄d
conſideraſti ſeruū meū
iob. q̄d non ſit ſimilis
ei in terra: vir ſimplex
et rectus et timens deum
ac recedens a malo. et
adhuc retinens innocē
ciam: Tu autem cōmo
uiſti me aduerſus eum:
ut affligerem illum ſtul
tra. Cui reſpondens ſa
than ait. Pellem pro pel
le: et cuncta que habet
homo dabit pro aīa
ſua. Alioquin mitte ma
nū tuam et tange os e
ius et carnem: et tunc vi
debis q̄d in facie bñdix
erit tibi. Dixit ergo dñs
ad ſathan. Ecce in ma
nu tua eſt: verūptamē
animā illius ſeruua. E
greſſus igitur ſathan
a facie domini: pauſit



iob vulnere pessimo a
planta pedis usq; ad
verticem eius. Qui testa
sanie deradebat: sedens
in sterquilinio. Dixit
autem illi uxor sua.
Adhuc tu permanes in si
plicitate tua? Benedic
deo et morere. Qui ait
ad illam. Quasi una
de stultis mulieribus lo
cuta es. Si bona suscepi
mus de manu domini:
quare mala non sustine
amus? In omnibus
his non peccauit iob
labiis suis. Igitur au
dientes tres amici iob
omne malum quod ac
ciderat ei. venerunt sin
guli de loco suo: eliphaz
themanites. et baldad
suites. et sophar naa
matites. Condixerant
enim: ut pariter venien
tes visitarent eum. et
consolarentur. Cumq;
eleuassent procul oculos suos: non cognouerunt eum. Et exclamā
tes plorauerunt: scissis
q; vestibus sparserunt
puluerem sup caput su
um in celum. Et sederūt
cum eo in terra septem
diebus et septem noctibus: et nemo loquebatur ei verbum. Videbāt
enim dolorem esse vehementem. ...

Post hec aperuit iob os suū.
et maledixit
die suo: et locutus est.
Pereat dies in qua natus sum: et nox in qua
dictū est conceptus est
homo. Dies ille vertat
in tenebras. Non requirat eum deus desup: et
non sit in recordatione:
et non illustretur lumine. Obscurent eum tenebre: et umbra mortis.
Occupet eum caligo: et
involuatur amaritudine. Noctem illam tenebrosus turbo possideat. Non cōputetur in
diebus anni: nec nume

retur in mensibus. Sit
nox illa solitaria: nec
laude digna. Maledicāt
ei qui maledicunt diei:
qui parati sunt suscita
re leuiathan. Obtenebrē
tur stelle caligine eius.
Expectet lucem et nō vi
deat. nec ortū surgentis
aurore: quia non con
duxit ostia ventris qui
portauit me: nec abstu
lit mala ab oculis me
is. Quare non in vul
va mortuus sum. egres
sus ex utero non statim
perij: Quare exceptus ge
nibus: Cur lactatus u
beribus: Nunc enim do
miens silerem et somp
no meo requiescerē cum
regibus et consulibus
terre. qui edificant sibi
solitudines: aut cū p̄n
cipibus qui possident
aurū et replent domos
suas argento: aut sic
ut abortiuū absc̄ōdi
tum non subsisterem:
uel qui concepti nō vi
derunt lucem. Ibi impy
cessauerunt a tumultu:
et ibi requieuerunt fes
si robore: et quondā vīc
ti pariter sine molestia.
non audierunt vocem
exactoris. Paruus et
magnus ibi sunt: et ser
uus liber a domino su
o. Quare data est mise
ro lux. et vita his qui
in amaritudine aīe
sunt: Qui expectant
mortem et non venit.
quasi effodientes thesau
rum: gaudentq; vehemē
ter cum inuenerīt sepul
chrum. Viro cuius abs
condita est via: et cir
cūdedit eum deus tenebris.
Ante q̄m comedam suspi
ro: et quasi inundā
tes aque sic rugitus me
us: quia timor quem
timebam euenit mihi:
et quod verebar accidit.
Nonne dissimulaui: nō
ne silui: Nonne quieui:
Et venit super me īdig
nacio. ...

Respondens autem elyphaz themanites dixit.
Si cœperimus loqui tibi: forsitan molesti accipies. Sed conceptū sermonem tenere quis possit? Ecce docuisti multos: et manus lassas roborasti. Vacillantes confirmauerunt sermones tui: et genua tremēntia confortasti. Nunc autem venit super te plaga et defecisti: tetigit te et conturbatus es. Ubi est timor tuus. fortitudo tua. patientia tua et perfectio viarū tuarū? Recordare obsecro te. quis unquam innocens periit? aut quando recti deleti sunt? Quomodo vidi eos qui operantur iniquitatem et seminant dolores et metūnt eos. flante deo perisse: et spiritu ire eius esse consumptos. Rugitus leonis et vox leene. et dentes catulorū leonū contriti sunt. Tigris periit. eo qđ non haberet predam: et catuli leōis dissipati sunt. Porro ad me dictum est verbum absconditū: et quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrij eius. In horrore visionis nocturne quādo solet sopor occupare homines. pauor tenuit me et tremor: et omnia ossa mea perterrita sūt. Et cum spiritus me preteriret: inhorruerunt pili carnis mee. Steterat quidam cuius nō agnoscebā vultum: imago coram oculis meis: et vocem quasi auree lenis audiui. Numquid homo deo comparatione iustificabitur? aut factore suo purior erit vir? Ecce qui seruiunt ei nō sunt stabiles: et in angelis suis reperit prauitatem. Quātomagis hij

qui habitant domos
luteas. qui terrenū ha
bent fundamentū. cōsu
mentur velut a tinea.
De mane usq; ad vespe
ram succidentur: et quia
nullus intelligit in eter
nū pereibunt. Qui autē
reliqui fuerint. auferen
tur ex eis: moriemur et
non in sapiencia.

VOca ergo si est
qui tibi respon
deat: et ad alu
quem sanctorū conuer
tere. Virum stultū inter
fiat ira crudia: et puu
lum occidit inuidia. E
go vidi stultum firma
radice: et maledixi pul
chritudini eius statim.
Longe sient filij eius a
salute. et conterentur in
porta: et non erit qui e
ruat. Cuius messem fa
melicus comedet: et ip
sum rapiet armatus:
et bibent sitientes diui
cias eius. Nichil in ter
ra sine causa fit: et de
humo non orietur do
lor. Homo ad laborem
nascitur: et auis ad vo
latum. Quinobrem ego
deprecabor dominū: et
ad deum ponam eloqu
ium meum. Qui facit
magna et inscrutabilia
a: et mirabilia absq;
numero. Qui dat plu
uiam sup faciem terre:
et irrigat aquis omnia
sa. Qui ponit humiles
in sublimi: et merentes
erigit sospitate. Qui dis
sipat cogitaciones ma
lignorū: ne possint im
plere manus eorū quod
ceperant. Qui apprehē
dit sapientes in astucia
eorum: et consilium p̄
uorum dissipat. P di
em incurrent tenebras:
et quasi in nocte sic pal
pabunt in meridie. Por
ro saluū faciet egenū a
gladio oris eorum: et
de manu violenti pau
perem. Et erit egeno spes:
iniquitas autem cōtra

her os suũ. Beatus ho
mo qui corripitur a deo.
Increpacionem ergo do
mini ne reprobes: quia
ipse vulnerat et medet:
pauit et manus eius
sanabunt. In sex tribu
lacionibus liberabit
te: et in septima non tã
get te malum. In fame
eruet te de morte: et i bel
lo de manu gladij. A
flagello lingue absco
deris: et non timebis ca
lamitatem cũ venerit.
In vastitate et fame ri
debis: et bestiam terre
non formidabis: sed cũ
lapidibus regionum
pactũ tuum: et bestie
terre pacifice erunt tibi.
Et scies qd pacem habe
at tabernaculũ tuum:
et visitans speciem tu
am non peccabis. Et
scies quoq quoniam
multiplex erit semen tu
um: et pgenies tua q̃si
herba terre. Ingredieris
in habundancia sepul

chrum: sicut infertur a
cervus in tempore suo.
Ecce hoc ut inuestiga
uimus ita est: quod au
dituũ mente pertracta.

Respon VII

dens autẽ iob
dixit. Vtinam
appenderentur peccata
mea quibus iram me
rui. et calamitas quã
patior in statera: qua
si arena maris hec gra
uior appareret. Vnde et
verba mea dolore sunt
plena: quia sagitte do
mini in me sunt. qua
rũ indignacio ebibit
spiritum meum: et ter
rores domini militant
contra me. Nũquid ru
git onager cum habu
erit herbam: aut mu
git bos cum ante pre
sepe plenũ steterit: Aut
poterit comedi insulsũ:
quod non est sale con
ditum: Aut potest ali
quis gustare: qd gus
tatum afferet morte:

Inune enim esurienta.
etiam amara dulcia es
se videntur. Que prius
tangere nolebat aīa
mea: nunc pre angus
tia ab mea sunt. Quis
det ut veniat petitio me
a: et quod expecto tribu
at michi deus: Et qui ce
pit ipse me conterat:
soluat manū suam et
succidat me. Et hec mi
chi sit consolatio. ut
affligens me dolore nō
parcat: nec contradicā
sermonibus sācti. Que
est enim fortitudo mea
ut sustineam: aut quis
finis meus ut patienter
agam: Nec fortitudo la
pidū fortitudo mea: nec
caro mea enea est. Ecce
non est auxiliū michi
in me: et necessaria quo
q̄ mea recesserunt a me.
Qui tollit ab amico su
o misericordiam: timo
rem dñi derelinquit. Fra
tres mei pretericrūt me:
sicut torrens qui raptim
transit in cōuallibus.
Qui tamēt pruinam: ir
ruet super eos nix. Tem
pore quo fuerint dissipa
ta peribunt: et ut inca
luerint soluentur de lo
co suo. Inuolute sunt se
mite gressuū eorū: am
bulabunt in vacuū et
peribunt. Considerate
semitas theman. itine
ra saba: et expectate pau
lisper. Confusi sunt: q̄a
speraui. Venerūt quoq̄
usq̄ ad me: et pudore co
operti sunt. Nunc veni
tis: et modo videtes pla
gam meam timetis.
Nūquid dixi afferte mi
chi. et de substancia ves
tra donate michi: uel li
berate me de manu hos
tis. et de manu robusto
rum eruite me: Docete
me et ego tacebo: et si q̄d
forte ignorani instruite
me. Quare detraxistis
sermonibus veritatis:
cum e vobis nullus sit
qui possit arguere me:

Ad incarpandū tantum
eloquia cōdamnatis: t
in ventum verba pfer
tis. Super pupillum ir
ruitis: et subuertere ni
timini amicum vestrū.
Verūptamen quod ce
pistis expletre. Prebet
aurem: et videte an mē
tiar. Respondete obse
cro absq; contentione.
et loquentes id qđ iust
tum est iudicate: et nō
inuenietis in lingua
mea iniquitatem: nec
in faucibus meis stul
ticia personabit. VII
Milicia est vita
hominis super
terram: et sicut
dies mercennarij dies e
ius. Sicut cerui⁹ desid
rat umbram. et sicut
mercennarius prestola
tur finem operis sui: sic
et ego habui menses va
cuos. et noctes laborio
sas enumeraui michi.
Si dormiero dico quādo
consurgam: et rursum
expectabo vesperam: et
replebor doloribus usq;
ad tenebras. Induta est
caro mea putredine: et
sordibus pulueris. Cu
tis mea aruit: et cōtrac
ta est. Dies mei velociꝰ
transierunt. sīn a texen
te tela succiditur: et con
sumpti sunt absq; ulla
spe. Memento quia vē
tus est vita mea: et non
reuertetur oculus meus
ut videat bona: nec al
piacet me visus homi
nis. Oculi tui in me: et
non subsistam. Sicut
consumitur nubes et
ptransit. sic qui descen
dit ad inferos non as
cendet: nec reuertetur
ultra in domū suam:
neq; cognoscet eū am
plius locus eius. Qua
pter et ego non parcā
ori meo. loquar in tri
bulacone spūs mei:
confabulabor cum a
maritudine aīe mee.
Nūquid mare sū ego.

aut cetus? quia circũ
dedisti me carcere: Si dix
ero consolabitur me lec
tus meus. et relevabor
loquens mecum in stra
tu meo? terrebis me per
somnia: et per visio
nes horrore concutes.
Ꝯnobrem elegit suspẽ
dium anima mea: et
mortem ossa mea. Des
peraui: nequaq̃m ulꝝ
lam viuam. Parce mi
chi: nichil enim sunt
dies mei. Quid est ho
mo quia magnificas
eum? aut quia ponis
erga eum cor tuũ: Vi
sitas eũ diluculo: et sub
ito probas illũ. Usq̃q
non parcis michi? nec
dimittis me ut glutiã
saliuã meam: Peccaui.
Quid faciam tibi o cus
tos hominũ: Quare
me posuisti contrariũ
tibi? et factus sũ michi
metipsi grauis: Cur nõ
tollis tollis peccatũ me
um? et quare non au

fers iniquitatem meã:
Ecce nunc in puluere
dormiam: et si mane me
quesieris non subsistã.

Respon VII

Dens autẽ bal
dad suites dixit.
Usq̃quo loqueris talia?
et spiritus multiplex ser
monis oris tui: Numq̃d
deus supplantat iudici
um? et omnipotens sub
uertit quod iustũ est:
Etiam si filij tui peccа
uerint ei. et dimisit eos
in manu iniquitatis
sue? tu tamen si diluculo consurrexeris ad deũ.
et omnipotentem fueris
deprecatus. si mundus
et rectus incesseris. statim
euigilabit ad te et pacа
tum reddet habitaculũ
iustitie tue: in tantum
ut priora tua fuerint
parua. et nouissima
tua multiplicentur nu
mis. Interroga enim ge
nerationem pristinã:
et diligenter inuestiga

patrū memoriam. Hes
terni quippe sumus et
ignoramus: quoniam
sicut umbra dies nostri
sunt super terram. Et
ipsi docebunt te: loquē
tur tibi. et de corde suo p
ferent eloquia. Nūquid
virescere potest carpus
absq; humore? aut cres
cere calectum sine aqua?
Cum adhuc sit in flore
nec carpatur manu: an
te omnes herbas arescat.
Sic vie omniū qui ob
liuiscuntur deum: et spes
ypocrite peribit. Non e
placebit fiducia sua:
et sicut tela aranearum
fiducia eius. Innitetur
super domū suam et nō
stabit: fulciet eā et non
consurget. Humectus
videtur antequā veniat
sol: et in ortu suo germē
eius egredietur. Super
acervū petrarum radi
ces eius densabuntur: et
inter lapides cōmorabi
tur. Si absorbuerit eū

de loco suo: negabit eū.
et dicet non noui te. Hec
est enim letitia vie eius:
ut rursum de terra alij g
minentur. Deus non p
iiciet simplicem. nec por
riget manū malignis:
donec impleatur risu os
tuū. et labia tua iubilo.
Qui oderunt te induen
tur confusione: et taber
naculum impiorū nō
subsistet. IX

Respondens
iob ait. Vere sci
o qd ita sit: et
qd non iustificetur ho
mo cōparatus deo. Si vo
luerit contendere cū eo:
non poterit ei respondere
unum pro mille. Sapi
ens corde est: et fortis ro
bore. Quis restitit ei. et
pacem habuit? Qui
transtulit montes: et
nescierunt hij quos sub
uertit in furore suo. Q
cōmouet terram de loco
suo: et columpne eius
contremiscunt. Qui pre

apit solu et non occidit:
et stellas claudit quasi
sub signaculo. Qui ex
tendit celos solus: et gra
ditur super fluctus ma
ris. Qui facit arcturū
et oriona et hyadas: et
interiora austri. Qui
facit magna et incom
prehensibilia: et mira
bilia quorū non est nu
merus. Si venerit ad
me non videbo: si abie
rit non intelligam eū.
Si repente interroget.
quis respondebit ei: uel
quis dicere potest cur fa
cis? Deus cuius resistere
ire nemo potest: et sub
quo curuantur qui por
tant orbem. Quanto
ergo sum ego qui respō
deam ei: et loquar verba
mea cum eo? Qui etiā
si habuero quippiā iu
stum non respondebo: sed
meum iudicem deprecа
bor. Et cum inuocantē
me exaudierit me: non cre
do q̄d audierit vocē me
am. In turbine enim cō
teret me: et multiplica
bit vulnera mea etiam
sine causa. Non cōcedit
requiescere spiritum me
um: et implet me amа
ritudinibus. Si fortitu
do quereretur robustissimi
est: si equitas iudicij. ne
mo pro me audet testi
monium dicere. Si iusti
ficare me voluero: os
meū condēpnabit me.
Si innocentem ostende
ro: prauū me comproba
bit. Etiam si simplex
fuero. hoc ipsum ignо
rabit anima mea: et tede
bit me vite mee. Unū
est quod locutus sum:
et innocentem et impiū
ipse consumet. Si flagel
lat occidat semel: et non
de penis innocentum ri
debit. Terra data est in ma
nus impij: vultum iu
dicum eius operit. Quod
si non ille est. quis ergo
est? Dies mei velociores
fuerunt cursore: fugerūt

et non viderunt bonū.
Ptransierunt quasi na
ues poma portantes: sic
ait aquila volans ad
escam. Cum dixero ne
quaq̄m ita loquar: cō
muto faciem meam. t
dolore torqueor. Verebar
omnia opera mea: sci
ens q̄d non parceres de
linquenti. Si autem et
sic impius sum. quare
frustra laboraui? Si
lotus fuero quasi aquis
niuis. et fulserint velut
mundissime manus
mee: tamen sordibus
intinges me: et abho
minabuntur me vesti
menta mea. Neq̄ enī
viro qui similis mei est
respondebo: nec qui me
cum in iudicio ex equo
possit audiri. Non est
qui utrumq̄ valeat
arguere: et ponere ma
nū suam in amborbus.
Auferat a me virgam
suam: et pauor eius nō
me terreat. Loquar et
non timebo eum: neq̄
enim possū metuens
respondere.

X

Edet animam
meam vite me
e: dimittā ad
uersum me eloquium
meū. Loquar in amari
tudine anime mee: di
cam deo noli me cōdēp
nare. Indica michi: cur
me ita iudices. Nūq̄d
bonū tibi videtur si ca
lūpnieris et opprimas
me opus manuū tua
rum: et consiliū impi
orum adiuues? Num
quid oculi carnei tibi
sunt. aut sicut videt
homo et tu videbis? Nū
quid sicut dies hominis
dies tui. et anni tui si
cut humana sunt tem
pora: ut queras iniq̄
tatem meam et pecca
tum meum scruteris.
et scias quia nichil im
piū fecerim cum sit ne
mo qui de manu tua
possit eruere? Manus

tue plasmauerũt me.
et fecerunt me totum in
circuitu: et sic repente
precipitas me: Memẽ
to queso qđ sicut lutũ
feceris me: et in puluerẽ
reduces me. Nonne sic
ut lac mulsisti me. et
sicut caseum me coagu
lasti: Pelle et carnibus
vestisti me: ossibus et
neruis compegisti me.
Vitam et misericordiã
tribuisti michi: et visi
tacio tua custodiuit spi
ritũ meum. Licet hec ce
les in corde tuo: tamẽ sci
o quia vniuersorũ me
mineris. Si peccaui et
ad horam pepcisti mi
chi: cur ab iniquitate
mea mundũ me esse
non pateris: Et si im
pius fuero: ve michi ẽ.
Et si iustus: non leua
bo caput. saturatus af
flictione et miseria. Et
pter superbiam quasi
leena capies me: reuer
sus qꝫ mirabiliter me
cruciabas. Instauras testes
tuos contra me. et mul
tiplicas iram tuã ad
uersũ me: et pene mili
tant in me. Quare de
mulua eduxisti me: Q'
utinam consumptus
essem ne oculus me vi
deret: fuissem quasi nõ
essem de utero transla
tus ad tumulũ. Num
quid non paucitas di
erum meorũ finietur
breui: Dimitte ergo me
ut plangam paululũ
dolorem meum. ante
qm̃ vadam et non rei
tar ad terram tenebro
sam et opertam mor
tis caligine: terrã mi
serie et tenebrarum: u
bi umbra mortis et
nullus ordo. et sempit'
ternus horror inhabi
tans. xi

Respondens au
tem sopharna
amathites dixit. Nũ
quid qui multa loqui
tur. non et audiet': aut

vir verbosus iustificabi-
tur? Tibi soli tacebūt
homines? et cum cepe-
ris a nullo confu-
taberis? Dixisti enim.
Purus est sermo meus:
et mundus sum in con-
spectu tuo. Atq; utinā
deus loqueretur tecum?
et aperiret labia sua tu-
bi. ut ostenderet tibi se-
creta sapientiae. et q̄ mul-
tiplex esset lex eius: et in-
telligeres q̄d multo mi-
nora exigaris ab eo q̄
meretur iniquitas tua.
Forsitan vestigia dei cō-
prehendes: et usq; ad p-
fectum omnipotentem
reperies. Excelsior celo ē.
et quid facies? profundi-
or inferno: et unde cog-
nosces? Longior terra
mensura eius: et latior
mari. Si subuerterit ō-
nia uel in unū coarta-
uerit: quis contradicet
ei? Ipse enim nouit ho-
minū vanitatem: et vi-
dens iniquitatē nonne

L

considerat? Vir vanus
in superbiam erigitur:
et tamq̄m pullum o-
nagri se liberū natum
putat. Tu autē firmasti
cor tuū: et expandisti
ad deum manus tuas.
Si iniquitatem que ē
in manu tua abstule-
ris a te. et non manse-
rit in tabernaculo tuo
iniustitia: tunc leuare
poteris faciem tuam
absq; macula: et eris
stabilis et non timebis.
Miseriē quoq; obliuis-
ceris: et quasi aquarū
que preterierunt recorda-
beris. Et quasi meridi-
anus fulgor consurget
tibi ad vesperam. Et cū
consumptū putaueris.
orieris ut lucifer: et ha-
bebis fiduciam posita
tibi spe: et defossus secu-
rus dormies. Requiescs
et non erit qui te exter-
reat: et deprecabuntur
faciem tuam plurimi.
Oculi autē impiorum

dehcaent: et effugiũ pe
ribit ab eis: et spes eoꝝ
abhominacio anime.

Respon XII
dens autẽ iob
dixit. Ergo vos
estis soli homines: et
vobiscum quietur sapi
encia: Et mecũ est coꝝ
sicut et vobis: nec infe
rior vestri sum. Quis
enim hec que nostis ig
norat: Qui derideatur ab
amico suo sicut ego: i
uocabit eum et exaudi
et eum. Derideatur enim
iusti simplicitas: lam
pas contempta apud
cogitaciones diuitum.
parata ad tempus sta
tutũ. Habundant ta
bernacula predonũ: et
audacter prouocant deũ:
cum ipse dederit omnia
in manibus eoꝝũ. Nu
mirũ interroga iumen
ta et docebunt te: et vo
latilia celi et indicabũt
tibi. Loquere terre et res
pondebit tibi: et narra
bunt pisces maris. Qs
ignorat qd omnia hec
manus domini fecerit:
In cuius manu anima
omnis viuentis: et spi
ritus vniuerse carnis
hominis. Nonne au
ris verba diiudicat: et
fauces comedentas sapo
rem: In antiquis est
sapiencia: et in multo
tempore prudencia. A
pud ipsum est sapiẽcia
et fortitudo: ipse habet
consiliũ et intelligencia
am. Si destruxerit: ne
mo est qui edificet. Et
si incluserit hominem:
nullus est qui aperiat.
Si continuerit aquas
omnia siccabuntur:
et si emiserit eas subuer
tent terram. Apud ipsũ
est fortitudo et sapien
cia: ipse nouit et decepi
entem et eum qui decepi
tur. Adducat consilia
tos in stultum finem:
et iudices in stuporem.
Balcheum regum dis

soluit: et preangit fune
nes eorum. Duat sa
cerdotes inglorios: et op
timates supplantat. Cō
mutans labium vera
cium: et doctrinā senū
auferens. Effundit des
pectionem sup principes:
et eos qui oppressi fuerāt
releuans. Qui reuelat
pfunda de tenebris: et p
duat in lucem umbrā
mortis. Qui multiplī
cat gentes et perdit eas:
et subuersas in integrū
restituit. Qui īmutat
cor principū populi ter
re: et decipit eos ut frus
tra incedant per īuium.
Palpabunt quasi in
tenebris et non in luce:
et errare eos facet quasi
ebrios.

XII

Ce omnia et
vidit oculꝰ me
us, et audiuit
auris mea: et intellexi
singula. Secundū sa
ciam vestram et ego
noui: nec inferior vestri
sum. Sed tamen ad om
nipotentem loquar et
disputare cum deo aup
o: prius vos ostendens
fabricatores mendacij.
et cultores puersorum
dogmatum. Atq utinā
taceretis: ut putaremī
esse sapientes. Audite
ergo correptiones me
as: et iudicium labioꝝ
meorū attendite. Num
quid deus indiget vestro
mendacio? ut pro illo lo
quamini dolos: Nūqd
faciem eius accipitis: et
pro deo iudicare nitimī:
Aut placebit ei quem ce
lare nichil potest: Aut
decipietur ut homo. vel
tris fraudulentis: Ip
se vos arguet: quoniā
in abscondito faciem e
ius accipitis. Statim ut
se cōmouerit turbabit
vos: et terror eius irruet
super vos. Memoria vel
tra compabitur cineri:
et redigentur in luteum
ceruices vestre. Tacete

paulisper: ut loquar
quodcunq; michi mẽs
suggesserit. Quare la
cero carnes meas den
bus meas: et animam
meam ponam in mani
bus meas: Etiam si oc
ciderit me: in ipso spera
bo. Verũptamen vias
meas in conspectu eius
arguam: et ipse erit sal
uator meus. Non eñ
veniet in conspectu ei⁹
omnis ypocrita. Audi
te sermonem meum: et
rugnata paupte au
ribus vestris. Si fuero
iudicatus: sao qđ iust⁹
inueniar. Quis est qui
iudicetur mecũ: Veni
at. Quare tacens cõsu
mor: Duo tantum ne
facias michi: et tunc a
facie tua non abscon
dar. Manũ tuam lon
ge fac a me: et formido
tua non me terreat. Vo
ca me et respondebo tibi:
aut certe loquar. et tu
responde michi. Quan
tas habeo iniquitates
et peccata: scelera mea
et delicta ostende michi.
Cur faciem tuã absco
dis: et arbitraris me
inimicũ tuum: Conf
folium quod vento ra
ptatur ostendis potenta
am tuam: et stipulam
siccam psequeris. Scri
bis enim contra me a
maritudines: et consu
mere me vis peccatis ad
olescentie mee. Posuis
ti in nervo pedem meũ:
et obseruasti omnes se
mitas meas: et vestigi
a pedum meorũ consi
derasti. Qui quasi pu
tredo consumendus sũ:
et quasi vestimentum
quod comeditur a tine
a. Homo natus de mu
liere breui viuens tem
pore: repletur multis
miseriis. Qui quasi flos
egreditur et conteritur.
et fugit velut umbra:
et nũqm in eodem sta
tu permanet. Et dignũ

duas sup huiuscemodi
aperire oculos tuos: et
adducere eum tecum in
iudiciū. Quis potest fa
cere mundū de īmundo
conceptū semine. Non
ne tu qui solus es. ...

Heues XIIII
dies hominis
sunt: numerus
mensuum eius apud te
est. Constituisti termi
nos eius qui preterire
non poterunt. Recede
paululū ab eo: ut quies
cat donec optata veni
at sicut mercennarij di
es eius. Lignū habet ꝛ
spem. Si precisum fue
rit rursum virescat: et
rami eius pullulant.
Si senuerit in terra ra
dix eius. et in puluere
emortuus fuerit trun
cus illius: ad odorem a
que germinabit: et fa
ciet comam quasi cum
primum plantatū est.
Homo vero cum mor
tuus fuerit. et nudatus
atq; consumptus: ubi
quelo est. Quomodo si
recedant aque de mari.
et fluuius vacuefactus
arescat: sic homo cum
dormierit non resurget.
Donec atteratur celum
non euigilabit: nec cō
surget de somno suo.
Quis michi hoc tribu
at ut in inferno protegas
me. et abscondas me do
nec pertranseat furor tu
us: et constituas michi
tempus in quo recorde
ris mei. Putas ne mor
tuus homo rursum vi
uet. Cunctis diebus qui
bus nunc milito: expec
to donec veniat īmuta
cio mea. Vocabis me:
et ego respondebo tibi.
Operi manuū tuarū
porriges dexteram. Tu
quidem gressus meos
dinumerasti: sed parce
peccatis meis. Signa
ti quasi in sacculo delic
ta mea: sed curasti ini
quitatem meā. Mons

cadens defluit: et saxū
transfertur de loco suo.
Lapides excauant aque:
et alluuione paulatī
terra consumitur. Et
homines ergo similit'
perdes. Roborasti eum
paululū: ut in ppetuū
prætranseat. Immutabis
faciem eius: et emittes
eum. Siue nobiles fue
rint filij eius siue igno
biles: non intelliget.
Attamen caro eius dū
diuet dolebit: et anima
illius sup semetipso lu
gebit. XV
Respōdens autē e
liphaz thema
nites dixit. Nūquid sa
piens respondebit qua
si in ventum loquens:
et implebit ardore sto
machū suum? Arguis
verbis eum qui non ē
equalis tui: et loqueris
quod tibi non expedit.
Quantū in te est euacu
asti timorem: et tulisti
preces coram deo. Docet

it enim iniquitas tua
os tuum: et imitaris
linguam blasphemā
tium. Condēpnabit te
os tuum et non ego:
et labia tua respōdebūt
tibi. Nūquid tu primus
homo tu natus es. et an
te colles formatus? Nū
quid consilium dei au
disti? et inferiora te ente
ius sapientia? Quid nos
ti quod ignoremus?
Quid intelligis quod
nescianus? Et senes et
antiqui sunt in nobis:
multo vetustiores qm
patres tui. Nūquid grā
de est ut consoletur te de
us? Sed verba tua pra
ua hoc prohibent. Quid
te eleuat cor tuū? et qua
si magna cogitans at
tonitos habes oculos?
Quid tumet contra de
um spiritus tuus? ut p
feras de ore tuo huius'mo
modi sermones? Quis
est homo ut īmaculat'
sit. et ut iustus appareat

natus de muliere: Ecce
nec sanctos eius nemo
immutabilis: et cæli non
sunt mundi in conspec
tu eius. Quanto magis
abhominabilis et iniu
stus homo: qui bibit q̃si
aquam iniquitatem.
Ostendam tibi audi me:
quod vidi narrabo ti
bi. Sapientes confiten
tur et non abscondunt
patres suos. quibus so
lis data est terra: et non
transibit alienus per eos.
Cunctis diebus suis im
pius superbit: et nume
rus annorū incertus est
tyrannidis eius. Sonitus
terroris semp in auribz
illius: et cum pax sit: ip
se semper insidias suis
picatur. Non credit qd̃
reuerti possit de tenebris
ad lucem: circūspectās
undiqz gladiū. Cum se
mouerit ad querendū
panem: nouit qd̃ para
tus sit in manu eius te
nebrarum dies. Terrebit
eum tribulacio: et an
gustia vallabit eum.
sicut regem qui prepa
ratur ad prelium. Eten
dit enim aduersus de
um manū suam: et cō
tra omnipotentem ro
boratus est. Cucurrit
aduersum eum erecto
collo: et pingui cerui
arматus est. Operuit
faciem eius crassitudo:
et de lateribus eius ar
una dependet. Habita
bit in ciuitatibus
desolatis: et in domibus
deseras que in tumulos
sunt redacte. Non dita
bitur nec perseuerabit
substancia eius: nec
mittet in terra radicem
suam. Non recedet de te
nebris. Ramos eius a
resecabit flāma: et aufe
retur spiritu oris sui.
Non credat frustra erro
re deceptus: qd̃ aliquo
pacto redimendus sit.
Antecēm dies eius im
pleantur peribit: et ma

nus eius arescent. Iedē
quasi vinea in primo
flore botrus eius: et qua
si oliua proiciens florē
suum. Congregacio e
nim ypocrite sterilis: t
ignis deuorabit taber
nacula eorū qui mu
nera libenter accipiūt.
Concepit dolorem et pe
perit iniquitatem: et
uterus eius preparat
dolos.

XVI

Respondens au
tem iob dixit.
Audiui frequē
ter talia. Consolatores
onerosi omēs vos estis.
Nūquid habebūt finem
verba ventosa? aut alī
quid tibi molestū est si
loquaris? Poteram et
ego similia vestri loq.
Atq; utinam esset aīa
vestra pro anima mea.
Consolarer et ego vos
sermonibus: et mouerē
caput meū super vos.
Roborarem vos ore me
o: et mouerem labia q̄

si parcens vobis. Sed
quid agam? Si loquar
fuero non quiescet do
lor meus: et si tacuero
non recedet a me. Nunc
autem oppressit me do
lor meus: et in nichilū
redacti sunt omnes ar
tus mei. Rugę mee tes
timoniū dicunt cōtra
me: et suscitatur falsi
loquus aduersus faci
em meam contradicēs
michi. Collegit furorē
suū in me: et cōminās
michi infremuit cōtra
me dentibz suis. Hostis
meus terribilibus oc
lis me intuitus est. Ape
ruerunt super me ora
sua: exprobrantes per
cusserunt maxillā me
am: saciati sunt penis
meis. Conclusit me de
us apud iniquū: et ma
nibus impiorum me
tradidit. Ego ille quō
dam opulentus: repen
te contritus sum. Tenu
it cervicem meam: con

fregit me: et posuit me
quasi signū. Circūdedit
me lanceis suis: cōuul
nerauit lumbos meos.
Non pepercit: et effudit
in terra viscera mea. Cō
cidit me vulnere super
vulnus: irruit in me q̄
si gygas. Saccū consui
super cutem meam: et o
perui cinere carnem me
am. Facies mea intumu
it fletu: et palpebre mee
caligauerunt. Hec pal
sus sum absq; iniquita
te manus mee: cum ha
berem munda ad deū
preces. Terra ne operias
sanguinē meum: neq;
inueniat locū in te latē
di clamor meus. Ecce e
nim in cœlo testis meus:
et conscius meus in ex
celsis. Verbosi amici n
mei: ad deum stillat o
culus meus. Atq; utinā
sic iudicaretur vir cum
deo: quomodo iudicat
filius hominis cum col
lega suo. Ecce enim bre

ues anni transeunt:
et semitam per quam
non reuertar ambulo.
Spiri XVII
tus meus attē
nuabitur: di
es mei breuiabuntur:
et solum michi superst
sepulchrum. Non pec
cau: et in amaritudi
nibus moratur ocul⁹
meus. Libera me domi
ne et pone me iuxta te:
et cuius vis manꝰ pug
net contra me. Cor eoꝝ
longe fecisti a disciplī
na: et propterea non exal
tabuntur. Predam pol
licetur sociis: et filij so
corum eius deficient.
Posuit me quasi in p
uerbium vulgi: et exem
plum coram eis.
Nunc autem derident
me iuniores tempore:
quorū non dignabar
patres ponere cum ca
nibus gregis mei. Ca
ligauit ab indignacī
one oculꝰ meus: et mē

via mea quasi in nichi
lum redacta sunt. Stu
pebant iusti super hoc:
et innocens contra ypo
crytam suscitabitur. Et
tenebit iustus viam su
am: et mundus manu
bus addet fortitudinē.
Igitur vos omnes cōuer
timini et venite: et non
inueniam in vobis ul
lum sapientem. Dies
mei transierunt: cogi
tationes mee dissipate
sunt torquentes cor me
um. Noctem verterunt
in diem: et rursū post
tenebras spero lucē. Si
sustinuero infernus do
mus mea est: in tenebris
straui lectulum meum.
Putredini dixi pater me
us es: mater mea et so
ror mea vermibus. Ubi
ubi est ergo nūc prestola
tio mea: et patientiam
meam quis considerat:
In profundissimū infer
num descendent omnia
mea. Putas ne saltem

ibi erit requies mihi:

Cap. XVIII

Respondens autē
baldad suites
dixit. Vsq; ad quem finē
verba iactabis: Intelli
ge prius: et sic loquam.
Quare reputati sumus
ut iumenta: et sordui
mus coram te: Quid p
dis animam tuam in
furore tuo: Nūquid pp
ter te derelinquetur ter
ra: et transferentur ru
pes de loco suo: Nonne
lux impij extinguetur:
nec splendebit flamma
ignis eius: Lux obtene
brescet in tabernaculo
illius: et lucerna que
super eum est extingue
tur. Arctabuntur gres
sus virtutis eius: et pre
cipitabit eum consiliu
um suū. Immisit enī
in rethe pedes suos: et ī
maculis eius ambu
lat. Tenebitur planta
illius laqueo: et exar
descet contra eū sitis.

Abscondita est in terra pedica eius: et decapula illius super semitam. Undiq; terrebunt eum formidines: et circumuoluēt pedes eius. Attenuetur fame robur eius: et in cōtritione inuadat costas illius. Deuoret pulchritudinem cutis eius: cōsumat brachia illius primogenita mors. Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius: et calcet super eum quasi rex interitus. Habitent in tabernaculo illius socij eius qui non est: aspergatur in tabernaculo eius sulphur. Deorsum radices eius siccent: sursum autem arcerat messis eius. Memoria illius pereat de terra: et non celebretur nomen eius in plateis. Expellet eum de luce in tenebras: et de orbe transferet eum. Non erit semen eius nec progenies in populo

suo: nec ulla reliquie in regionibus eius. In die eius stupebunt nouissimi: et primos inuadet horror. Hec sunt ergo tabernacula iniqui: et iste locus eius qui ignorat deum.

XIX

Respondens autem Iob dixit. Usq; quo affligis animā meam: et atteris me sermonibus? En decies confunditis me: et non erubescitis opprimentes me. Sempe et si ignorauero: mecum erit ignorantia mea. At vos contra me erigimini: et arguitis me obprobriis meis. Saltem nunc intelligite. quia deus non equo iudicio affluxerit me: et flagellis suis me circumdederit. Ecce clamabo vim patiens: et nemo audiet. Vociferabor: et non est qui iudicet. Semitam meam circumsepsit. et transire non possum:

et in calle meo tenebras
posuit. Spoliauit me
gloria mea: et abstulit
coronam de capite meo.
Destruxit me undiq; et
pereo: et quasi euulse ar
boris abstulit spem me
am. Iratus est cōtra me
furor eius: et sic me ha
buit quasi hostem su
um. Simul venerunt
latrones eius. et fecerūt
sibi viam per me: et ob
sederunt in gyro taber
naculum meū. Fratres
meos longe fecit a me:
et noti mei quasi alie
ni recesserunt a me. De
reliquerunt me ppīqui
mei: et qui me nouerāt
obliti sunt mei. Inqui
lini domus mee. et an
cille mee sicut alienum
habuerunt me: et qua
si pegrinus fui in oculis
eorum. Seruū meū vo
caui et non rndit: ore p
pio deprecabar illum.
Halitum meū exhorru
it uxor mea: et orabam
filios uteri mei. Stulti
quoq; despiciebant me:
et cum ab eis recessissē.
detrahebant michi. Ab
hominati me sunt qui
dam conciliarij mei: et
quem maxime diligeb
bam aduersatus ē mi
chi. Pelli mee consump
tis carnibus adhesit
os meum: et derelicta sūt
tantūmodo labia cir
ca dentes meos. Misere
mini miserēmini mei
saltem vos amici mei:
quia manus domini
tetigit me. Quare perse
quimini me sicut deus:
et carnibus meis satu
ramini? Quis michi
tribuat ut scribantur
sermones mei? Quis
michi det ut exarentur
in libro stilo ferreo et
plumbi lamina? vel
certe sculpantur in silī
ce? Scio enim qd redēp
tor meus viuit: et in no
uissimo de terra surrec
turus sum. Et rursum

L

arcūdabor pelle mea: et
in carne mea videbo de
um. Quem visurus sū
ego ipse: et oculi mei cō
spectum sunt: et non alī
us. Reposita est hec spes
mea in sinu meo. Qua
re ergo nunc dicatis ple
quamur eum: et radicē
verbi inueniamus con
tra eum. Fugite ergo a
facie gladij: quoniam
ultor iniquitatū gladi
us est: et sachote esse iudi
cū.

XX

Respondens au
tem sophar na
amathites dixit. Idcir
co cogitationes mee va
rie succedunt sibi: et mēs
in diuersa rapitur. Doc
trinam qua me arguis
audiam: et spiritus in
telligencie mee respon
debit michi. Hoc scio a
principio ex quo positus
est homo super terram.
q̄d laus impiorum bre
vis sit: et gaudiū ypo
crite ad instar puncti.

Si ascenderit usq; ad ce
lum superbia eius. et ca
put eius nubes tetige
rit: quasi sterquilinio
in fine perdetur: et qui eū
viderant dicent. Ubi est.
Velut somnium auolās
non inuenietur: transi
et sicut visio nocturna.
Oculus qui eum viderat
non videbit: neq; ultra
intuebitur eum locus
eius. Filij eius atterent
egestatē: et manus illi
us reddent a dolorem su
um. Ossa eius implebū
tur vicijs adolescencie e
ius: et cum eo in puluere
dormient. Cum eū dul
ce fuerit in ore eius ma
lum: absondet illud
sub lingua sua. Parcet
illi et non derelinquet
illud: et celabit in gut
ture suo. Panis eius in
utero illius vertetur in
fel aspidum intrinsecus.
Diuicias quas deuora
uit euomet: et de ventre
illius extrahet eas deus.

Caput aspidū suget:
occidet eum lingua vi
pere. Non videat rivulos
fluminis: torrentes mel
lis et butiri. Iuet que fe
cit omnia: nec tamen
consumetur. Iuxta mi
tudinem adinuentio
nū suarū sic et sustine
bit: quoniam confrin
gens nudauit paupis
domū. Rapuit et non
edificauit eam: nec est
saciatus venter eius. Et
cum habuerit que cupi
erat: possidere non po
terit. Non remansit de
cibo eius: et pterea ni
chil pmanebit de bonis
eius. Cum saciatus fu
erit arctabitur: estuabit
et omnis dolor irruet i
eum. Vtinam implea
tur venter eius: ut emit
tat in eum iram furo
ris sui: et pluat sup il
lum bellum suū. Fugi
et arma ferrea. et irruet
in arcum ereum: educ
tus et egrediens de va
gina sua. et fulgurans
in amaritudinem suā.
Vadent et venient sup
eum horribiles: omnes
tenebre abscondite sūt
in occultis eius. Deuo
rabit eū ignis qui non
succenditur: affligetur
relictus in tabernaculo
lo suo. Reuelabunt ce
li iniquitatem eius: et
terra consurget aduersū
eum. Apertum erit ger
men domus illius: detrā
hetur in die furoris dei.
Hec est pars hominis im
pij a deo: et hereditas ver
borū eius a domino. ...

Respondens autē iob
dixit. Audite q̄so
so sermones meos: et a
gite penitentiam. Sus
tinete me ut et ego loq̄r:
et post mea si videbitur
verba ridete. Nūquid cō
tra hominem disputa
tio mea est. ut merito
non debeam contrista
ri: Attendite me et obstu
pescite

XXI

pcatc: et supponite dign
tum ori vestro. Et ego q
quando recordatus fuero
pauesco: et concutat car
nem meam tremor. Cur
ergo impij viuunt. sub
leuati sunt. confortati
q diuicijs: Semen eor
pmanet coram eis: ppī
quorū turba et nepotū
in conspectu eorum. Do
mus eorū secure sunt et
pacate: et non est virga
dī super illos. Bos eor
concepit et non abhor
tiuit: vacca peperit et
non est priuata fetu su
o. Egrediuntur quasi
greges puuli eorum: et
infantes eorū exultant
lusibus. Tenent cympa
nū et cytharam: et gaud
dent ad sonitū organi.
Ducunt in bonis dies
suos: et in puncto ad īf
erna descendunt. Qui
dixerunt deo recede a no
bis: et scientiā viarum
tuarū nolumus. Quid
est omipotens ut seruī

amus ei: et quid nobis
prodest si orauerimus il
lum: Verūptamen q̄a
non sunt in manu eor
bona sua: consiliū impi
orum longe sit a me.
Quotiens lucerna im
piorū extinguetur: et
supueniet eis īundatio:
et dolores diuidet furo⁹
sus. Erūt sicut palee ān
tefacē venti: et sicut paul
la quam turbo dispgit.
Deus seruabit filijs illu
ius dolorem patris: et cū
reddiderit tunc sciet. Vi
debunt oculi eius inter
fectionem suam: et de
furore omnipotentis
bibet. Quid enim ad e
um pinet de domo sua
post se. et si numerus mē
sium eius dimidietur:
Nūquid deum quispiā
docebit scientiam. qui
excelsos iudicat: Iste
morit robustus et sa
nus: diues et felix. Vis
cera eius plena sunt ad
ipe: et medullis ossa

illius irrigantur. Alius
vero moritur in ama
ritudine anime absq
ullis opibus. Et tamē
simul in puluere dormi
ent: et vermes operient
eos. Certe noui cogita
ciones vestras: et senten
cias contra me iniquas.
Dicitis enim. Vbi est do
mus principis: et ubi
tabernacula impiorū.
Interrogate quēlibet de
viatoribus. et hec eadē
eū intelligere cognosce
tis: quia in diem pdic
onis seruabitur malus:
et ad diem furoris duce
tur. Quis arguet coram
eo viam eius: et que fe
cit quis reddet illi. Ipse
ad sepulchra ducetur:
et in congerie mortuo
rum vigilabit. Dulcis
fuit glareis cocyti: et
post se omnem hoīem
trahet. et ante se innu
merabiles. Quomodo
igitur consolamū me
frustra: cum responsio
vestra repugnare osten
sa sit veritati. XXII

Respondens au
tem eliphaz the
manites dixit.
Nunquid deo compar po
test homo: etiam cum p
fecte fuerit scientie. Qd
prodest deo si iustus fue
ris: aut quid ei conferes.
si īmaculata fuerit vi
ta tua. Nūquid amēs
te arguet te. et veniet te
cum in iudicium: et nō
pter malitiam tuam
plurimā. et infinitas in
iquitates tuas. Auferes
ti enim pignus fratrū
tuorū sine causa: et nu
dos spoliasti vestibus.
Aquam lasso non dedis
ti: et esurienti subtraxis
ti panem. In fortitudi
ne brachij tui possidebas
terram: et potentissimus
obtinebas eam. Vidue
dimisisti vacuas: et la
certos pupillorū cōmi
nuisti. Propterea circū
dantes es laqueis: et con

turbat te formido subita
nea. Et putabas te tene
bras non visurum: et i
petu aquarum inundã
tium non oppressum iri.
An cognitas qđ deus excel
sior celo sit. et sup stella
rum verticem sublime
tur: Et dias. Quid enĩ
nouit deus: Et quasi per
caliginem iudicat. Nu
bes latibulum eius. nec
nostra considerat; et ar
ca cardines celi pambu
lat. Nũquid semitam
seculorũ custodire cupis:
quam calcauerunt viri
iniqui. Qui sublati sũt
ante tempus suum: et
fluuius subuerit fũda
mentum eorũ. Qui dice
bant deo recede a nobis:
et quasi nichil possit
facere omnipotens esti
mabant eum: cum ille
implesset domus eorum
bonis. Quorũ sentẽcia
longe sit a me. Videbũt
iusti et letabuntur: et ĩ
nocens subsãnabit eos.

Nonne succisa est erectio
eorũ: et reliquias eorũ
deuorabit ignis: Acqui
esce ergo ei et habeto pa
cem: et per hec habebis
fructus optimos. Sus
pe ex ore illius legem: et
pone sermones eius in
corde tuo. Si reuersus fu
eris ad omnipotentem
edificaberis: et longe fa
ces iniquitatem a taber
naculo tuo. Dabit pro
terra silicem: et pro silu
ce torrentes aureos. Erit
q̃ omnipotens contra
hostes tuos: et argentũ
coacernabitur tibi. Tũc
super omnipotentem de
licijs afflues: et eleuabis
ad deum faciem tuã. Ro
gabis eum et exaudiet
te: et vota tua reddes. De
cernes rem et veniet tibi:
et in vijs tuis splendebit
lumen. Qui enim humu
liatus fuerit erit in glo
ria: et qui inclinauerit
oculos ipse saluabitur.
Saluabitur innocens:

saluabitur autem mũ
diga manuũ suarum.

Espõ xxiii

Rdens autẽ iob
ait. Nũc quoq;
in amaritudine est ser
mo meus: et manꝰ pla
ge mee aggrauata est
sup gemitum meum.
Quis michi tribuat ut
cognoscam et inueniã
illum: et veniam usq;
ad solium eius: ponã
coram eo iudicium: et
os meum replebo incre
pationibus: ut sciam
verba que michi respõ
deat. et intelligã quid
loquatur michi. Nolo
multa fortitudine con
tendat mecũ: nec mag
nitudinis sue mole me
premat. Proponat eq̃
tatem contra me: et per
veniet ad victoriam iu
dicium meum. Si ad o
rientem iero non appa
ret: si ad occidentem nõ
intelligam eum. Si ad
sinistram quid agam:

Non apprehendam eũ.
Si me vertam ad dexte
ram: non videbo illũ.
Ipse vero scit viam me
am: et probabit me q̃
si aurum. quod per ig
nem transit. Vestigia
eius secutus est pes me
us: viam eius custodi
ui. et non declinaui ex
ea. A mandatis labio
rũ eius non recessi: et in
sinu meo abscondi ver
ba oris eius. Ipse enĩ so
lus est. et nemo auertere
potest cogitationem eꝰ:
et anima eius quodcũ
q; voluit hoc fecit. Cũ
expleuerit in me volũ
tatem suam: et alia mul
ta similia presto sunt
ei. Et idcirco a facie eꝰ
turbatus sum: et consi
derans eum timore soll
licitor. Deus mollitus
est mei: et omnipotens
conturbauit me. Non
enĩ perij propter imminẽtes
tenebras: nec faciẽ meã
operuit caligo. xxiiii

HOmnipotente non sunt absc̃ dita tempora.
Qui autem nouerunt deum: ignorant dies illius. Alij terminos trās tulerunt: diruperunt greges. et pauerūt eos. Asinū pupillorum abegerunt: et abstulerūt pro pignore bouem vidue. Subuerterūt pauperum viam: et oppressi sunt pariter mansuetos terre. Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum: vigilantes ad predam preparant panem liberis. Agrum non suum demetunt: et vineam eius quem vi oppresserūt vindemiant. Nudos dimittunt homines iumenta colligentes. quibus non est operimentum in frigore: quos ymbres montium rigant: et non habentes velamē amplexantur lapides.
Vim fecerunt depredantes pupillos: et vulgus pauperum spoliauerūt. Nudis et incedentibus absq; vestitu: et esurientibus tulerunt spicas. Inter acernos eorū meridiana sunt: qui calcatis torcularibus sitiūt. De ciuitatibus fecerūt viros gemere: et anime vulnerato rūdamabit: et deus iudicium absurde nō patitur. Ipsi fuerunt rebelles luminis: nescierunt vias eius: nec reuersi sunt per semitas illius. Mane primo cōsurgit homicida. interficit egenū et pauperem: per noctem vero erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginem dicēs. non me videbit oculus. et operiet vultum suū. Perfodiunt in tenebris domos sicut in die condixerant sibi: et ignorauerunt lucem. Si subito apparuerit aurora.

arbitrantur umbram
mortis: et sic in tenebris
quasi in luce ambulāt.
Ieuis est super faciem a
que. Maledicta sit pars
eius in terra: nec ambu
let per viam vineariī.
Ad nimiū caloꝛem trā
seat ab aquis nimiū: t
usq; ad inferos peccatū
illius. Obliuiscatur eū
misericordia: dulcedo
illius vermes. Non sit
in recordatione: sed con
teratur quasi lignum
infructuosum. Pauit
enim sterilem et que nō
parit: et viduę bene nō
fecit. Detraxit fortes in
fortitudine sua: et cum
steterit non credet vite
sue. Dedit ei deus locum
penitentiae: et ille abuti
tur eo in superbiā. Oculi autem eius sunt in
vijs illius: et leuati sunt
ad modicum. et non
subsistent. Et humilia
buntur sicut omnia et
auferentur: et sicut sūmi
tates spicarū conterent.
Quod si non est ita: quis
me potest arguere esse
mentitum. et ponere ad
te deum verba mea? ...

Espō XXV

Respondens autem bal
dad suites dixit.
Potestas et terror apud
eum est: qui facit concor
diam in sublimibz su
is. Nūquid est numer⁹
militum eius? et super
quem non fulget lumē
illius? Nūquid iustifica
ri potest homo compar⁹
deo? aut apparere mun
dus natus de muliere?
Ecce etiam luna nō splē
det: et stelle non sunt mū
de in conspectu eius? quīn
to magis homo putredo.
et filius hominis vermis?

Espō XXVI

Respondens autē iob
dixit. Cuj⁹ ad
uitor es? Nūquid imbe
cilli? et sustentas brachi
um eius qui non est for
tis? Cui dedisti consiliū?

Solicitan illu qui non ha
bet sapiencam: et pru
dencam tuam ostendis
ti plurimā. Aut quem
docere voluisti? Nonne
eum qui fecit spiramen
tū? Ecce gygantes gemūt
sub aquis: et qui habi
tant cum eis. Nudus est
inferus coram illo: et
nullum est operimen
tum perditioni. Qui ex
tendit aquilonem sup
uacuū: et appendit ter
ram super nichilū. Qui
ligat aquas in nubibz
suis: ut non erumpāt
pariter deorsum. Qui te
net vultum soliū sui:
et expandit super illud
nebulam suam. Termi
nū circūdedit aquis: usq
dum finiantur lux et
tenebre. Columpne celi
contremiscunt: et pauēt
ad nutum eius. In for
titudine illius repente
maria congregata sūt:
et prudencia eius pcus
sit superbum. Spiritus

eius ornauit celos: et
obstetricante manu ei⁹
eductus est coluber tor
tuosus. Ecce hec ex par
te dicta sunt viarum e
ius. Et cum vix parua
stillam sermonis eius
audierimus: quis po
terit tonitruū magni
tudinis illius intueri?

Addidit xxvii

dit quoq; iob
assumens pa
bolam suam: et dixit.
Vivit deus qui abstulit
iudiciū meum. et om
nipotens qui ad amaritudinem adduxit a
nimam meam: quia
donec supest alitus in
me. et spiritus dei in na
ribus meis. non loquē
tur labia mea iniquita
tem: nec lingua mea
meditabitur mendaci
um. Absit a me: ut iu
stos vos esse iudicē. Do
nec deficiam. non recedā
ab innocencia mea. Iu
stificacionem meā quā

epi tenere non deseram.
Nec enim reprehendit
me cor meum in omni
vita mea. Siait impi
us inimicus meus: et
aduersarius meus qua
si iniquus. Que enim
est spes ypocrite: si aua
re rapiat. et non liberet
deus aiam eius: Nū
quid clamorem eius au
diet deus: aim veniet
super eum angustia:
Aut poterit in omipo
tente delectari: aut iuo
care deum in omni tem
pore: Docebo vos per
manū dei que omnipo
tens habeat: nec abscō
dam. Ecce vos omnes
nostis: et quid sine cau
sa vana loquimini:
Hec est pars hoīs im
pij apud deum: et here
ditas violentoꝝ quā
ab omnipotente suscā
pient. Si multiplicati
fuerint filij eius in gla
dio erunt: et nepotes e
ius non saturabūtur
pane. Qui reliqui fuerīt
ex eo. sepelientur in īteri
tu: et vidue illius non
plorabunt. Si cōportā
uerit quasi terram argē
tū. et siait lutum ꝑpara
uerit vestimenta: ꝑpa
uit quidem. sed iustus
vestietur illis: et argen
tum innocens diuidet.
Edificauit siait tinea
domū suam: et siait cus
tos fecit umbraculum.
Dues aim dormierit ni
chil secū afferet: aperiet
oculos suos et nichil in
ueniet. Apprehendet eum
quasi aqua inopia: noc
te opprimet eum tempes
tas. Tollet eum ventus
urens et auferet: et ve
lut turbo rapiet eum
de loco suo. Et mittet
super eum et non par
cet: de manu eius fugi
ens fugiet. Stringet su
per eum manus suas:
et sibilabit super illū
intuens locum eius.

XXVIII

Habet argentū
venarum suarum principia:
et auro locus est in quo
conflatur. Ferrum de ter
ra tollitur: et lapis so
lutus calore in es vertā
tur. Tempus posuit te
nebris: et vniuersorū fi
nem ipse considerat. La
pidem quoq; caliginis
et umbram mortis. di
uidit torrens a populo
peregrinante: eos quos
oblitus est pes egentis
hominis et ītuios. Ter
ra de qua oriebatur pa
nis in loco suo: igne sub
uersa est. Locus saphyri
lapides eius: et glebe il
lius aurum. Semitam
ignorauit auis: nec in
tuitus est eam oculus
vulturis. Non calcaue
runt eam filij institorū:
nec pertransiuit per eam
leena. Ad silicem extēdit
manū suam: subuertit
a radicibus montes.
In petris riuos secabit: et
omne pretiosum vidit
oculus eius. Profunda
quoq; fluuiorum scru
tatus est: et abscondita
produxit in lucem. Sapi
entia vero vbi inuenit?
et quis est locus intelli
gentie? Nescit homo pre
tium eius: nec inuenitur
in terra suauiter viuen
tium. Abyssus dicit: non
est in me: et mare loqui
tur non est mecū. Non
dabitur aurum obrisū
pro ea: nec appendetur
argentū in cōmutatio
ne eius. Non conferetur
tinctis indie coloribus:
nec lapidi sardonico p
retiosissimo vel saphiro.
Non adequabitur ei au
rū vel vitrum: nec con
mutabuntur pro ea va
sa auri excelsa et emine
ntia: non memorabun
tur comparatione eius.
Trahitur autem sapien
tia de occultis. Non ade
quabitur ei topazium
de ethiopia: nec tincture

mundissime cōponet.
Vnde ergo sapiencia ve
niet: et quis est locus i
telligencie: Abscondita
est ab oculis omniū vi
uencium. Volucres quo
q celi latet. Pdicio et
mors dixerunt. Auribz
nostris audiuimus fa
mā eius. Deus intelligit
viam eius: et ipse nouit
locum illius. Ipse enī
fines mundi intuetur:
et omnia que sub celo
sunt respicit. Qui fecit
ventis pondus: et aq̄s
appendit mensura. Cū
do ponebat pluuijs le
gem: et viam procellis
sonantibus: tunc vidit
illam et enarrauit et p̄
parauit et inuestig a
uit: et dixit homini. Ec
ce timor domini ipsa e
sapiencia: et recedere a
malo intelligencia.

Iob xxix

Iob quoq; iob
assumens pa
bolam suam: et dixit.
Quis michi tribuat ut
sim iuxta menses prisc
nos: secundū dies qui
bus deus custodiebat
me: Quando splēdebat
lucerna eius sup caput
meū: et ad lumen eius
ambulabam in tenebris.
Sicut fui in diebus adu
lescencie mee. quando se
creto deus erat in taber
naculo meo: quando
erat omnipotens mecū:
et in circuitu meo pue
ri mei. Quando lauaba
bam pedes meos butiro:
et petra fundebat michi
riuos olei. Quādo procē
debam ad portam ciui
tatis: et in platea para
bant cathedram michi.
Videbant me iuuenes
et abscondebantur: et
senes assurgentes sta
bant. Principes cessa
bant loqui: et digitum
supponebant ori suo.
Vocem suā cohibebant
duces: et lingua eorum
gutturi suo adherebat.

Auris audiens beatifi
cabat me: et oculus vi
erare i regionē. Audit autem alchimus qđ ꝑcualuit iudas et qui cū eo erant: et cognouit quia non potest sustinere eos. Et regressus est ad regē: et accusauit eos multis criminibus. Et misit rex nycānorem unū ex principibus suis nobilioribus qui erat inimicissimus israhel: et mandauit ei euertere populū. Et venit nycānor in iherlim cum exercitu magno: et misit ad iudam et ad fratres eius cum dolo verbis pacificis dicēs. Non sit pugna inter me et vos: veniam cum viris paucis et videam faciles vestras cum pace. Et venit ad iudam. Et salutauerunt se inuicem pacifice: et hostes parati erāt rapere iudam. Et innotuit sermo iude quoniam cum dolo venerat ad eū: et conterritus est ab eo et amplius noluit videre faciem eius. Et cognouit nycānor quoniam denudatū est consiliū eius: et exiuit obuiam iude in pugnam iuxta caphar salama. Et ceciderunt de nycanoris exercitu fere quinq; milia viri: et fugerunt in ciuitatem dauid. Et post hec verba ascendit nycanor in montem syon. Et exierunt de sacerdotibus populi salutare eum in pace: et demonstrare ei holocaustomata que offerebantur pro rege. Et irridens spreuit eos et polluit: et loquutus est superbe: et iurauit cum ira dicens. Nisi traditus fuerit iudas et exercitus eius in manus meas: continuo cū regressus fuero in pace. incendam domū istam. Et exiit cū ira magna. Et intrauerunt sacerdotes et steterūt ante faciem altaris et templi: et flētes dixerunt.

Tu elegisti domū istam
domine ad inuocandū
nomen tuū in ea: ut esset
domus oracionis et obse
cracionis populo tuo.
Fac vindictam in homi
ne isto et exercitu eius: et
cadant in gladio. Memē
to blasphemias eorum:
et ne deseris eas ut pmane
ant. Et exijt nycanor ab
ihrusalem et castra ap
plicuit ad bethoron: et
occurrit illi exercitus sy
rie. Et iudas applicuit in
adarsa: cū tribus milibz
viris. Et oravit iudas et
dixit. Qui missi erant
a rege sennacherib dñe.
qui blasphemauerunt
te: exijt angelus et pcus
sit ex eis centū octogin
ta quinqz milia. Sic cō
tere exercitum istum in
conspectu nostro hodie:
et sciant ceteri quia ma
le loquutus est sup sancta
tua: et iudica illum se
cundū malicam illius.
Et cōmiserunt exercitus
pcliū tercia decima die
mensis adar. Et contri
ta sunt castra nycanō
ris: et cecidit ipse pmus
in pclio. Vt vidit aut
exercitus eius quia cecī
dit nycanor: proiecerunt
arma sua et fugerunt.
Et psecuti sunt eos viam
die vnius ab adasor usq
quo veniatur gazera:
et tubis cecinerunt post
eos cum significacionibz.
Et exierunt de omnibus
castellis iudee in circuitu:
et vendicabant eos cornu
bus: et conuertebantur
iterū ad eos. Et ceciderunt
omnes gladio: et nō est
relictus ex eis nec vnus.
Et acceperunt spolia eoz
et predam: et caput nyca
noris amputauerunt et
dexteram eius quam extē
derat superbe: et attulerunt
et suspenderunt contra ie
rusalem. Et letatus ē po
pulus valde: et egerunt
diem illam in leticia mgna.
Et constituit agi om

nibus annis diem istā:
terra adama die mensis
adar. Et siluit terra tota
dies pauos. VII

ET audiuit iu
das nomen ro
manorū quia
sunt potentes viribus.
et acquiescunt ad omnia
que postulantur ab eis:
et quicūq; accesserunt ad
eos statuerunt cum eis a
micicias: et quia sūt po
tentes viribus. Audierūt
prelia eorū: et virtutes bo
nas quas fecerunt in ga
lacia. quia obtinuerunt
eos et duxerunt sub tribu
tum: et quanta fecerunt
in regione hyspanie: et
qd in potestatem redege
runt metalla argenti et
auri que illic sunt. Et pos
sederunt omnē locum cō
silio suo et patientia: lo
ca que longe erant val
de ab eis. Et reges qui su
pueniebant illis ab extre
mis terre contriuerunt:
et pauserunt eos plaga
magna. Ceteri autē dan
tes tributum omnibus
annis. Et philippum et
psenia acaorū regem et ce
teros qui aduersus eos
arma tulerunt. contriue
runt in bello: et obtinu
erunt eos. Et antiochū
magnū regem asye qui
eis pugnam intulerat
habens centum viginti
elephantos. et exercitū
magnū valde: contritū
ab eis. Et quia cognerūt
eum virū et statuerunt
ei ut duret ipse et qui reg
nauerunt post eum tri
butum magnū: et darent
obsides et constituū et re
gionem medeū. et iudos
et medos de opimis regi
onibus eorū: et acceptas
eas ab illis dederūt eume
nū regi. Et quia qui erāt
apud elladan. voluerūt
ire et tollere eos: et inno
tuit sermo hys et misert
ad eos ducem vnū r pug
nauerunt contra illos.
et ceciderunt ex eis multi:

et captiuas duxerunt uxo
res eoꝝ et filios et diri
puerunt eos: et terrā eoꝝ
possederunt. et destruxerūt
muros eorum: et in seruu
tutem illos redegerūt usq;
in hunc diem. Et reliqua
regna et insulas que alu
quando resistebant illis
exterminauerūt: et ī po
testatem redegerunt. Cū
amicas autem suis et q̄
in ipsis requiem habebāt:
conseruauerūt amicaā.
Et obtinuerunt regna q̄
erant proxima et que lō
ge: quia quicūq; audie
bant nomen eoꝝ time
bāt eos. Quibus vero vel
lent auxilio esse ut regna
rent regnabant: quos
autem vellent regno depu
babant: et exaltati sunt
valde. Et in omnibus is
tis nemo portabat dya
dema: nec induebatur
purpura. ut magnifica
retur in ea. Et quia curi
am fecerunt sibi et cotī
die consulebant trecentos
viginta consiliū agentes
sēper de multitudine: ut
que digna sunt gerant.
Et cōmittunt vni homini
magistratū suum per sīn
gulos annos. dominari
vniuerse terre sue: et om
nes obediunt vni: et nō
est inuidia neq; zelus in
ter illos. Et elegit iudas
eupolemū filiū iohānis
filij iacob. et iasonem filiu
um eleazari: et misit eos
romā. constituere cū illis
amicaā et societatem: et
ut auferrent ab eis iugū
grecoꝝ: quia viderunt
q̄ in seruitutem preme
rent regnū israhel. Et ab
ierunt romā nam mul
tam valde: et introierūt
curiam et dixerunt. Judas
machabeus et fratres eiꝰ
et populus iudeoꝝ misi
runt nos ad vos: statue
vobiscū societatem et pa
cem. et conscribere nos so
cios et amicos vestros.
Et placuit sermo in con
spectu eoꝝ. Et hoc rescrip

tum quod rescripserunt
in tabulis eris et miserit
in iherusalem: ut esset a
pud eos ibi memoriale
pacis et societatis. Bene
sit romanis et genti iude
orum in mari et in terra
in eternū: gladius q̄z et
hostis procul sit ab eis.
Ꝺ si institerit bellū ro
manis prius. aut om
nibus sociis eorū in om
ni dominatione eorum:
auxilium feret gens iu
deorū. put tempus dicta
uerit corde pleno. Et pe
cuniabus non dabunt
nec̄z subministrabunt
tritacum. arma. pecuni
am. naues. sicut placu
it romanis: et custodiēt
mandata eorū nichil ab
eis accipientes. Simili
ter autem et si gens iude
orū prius acciderit bellū:
adiuuabunt romani
ex animo prout eis tem
pus permiserit. Et adiu
uantibus non dabitur
tritacū. arma. pecunia.
naues. sicut placuit ro
manis: et custodient mā
data eorum absq̄z dolo.
Secundū hec verba cōsti
tuerunt romani popu
lo iudeorū. Ꝺ si post hec
verba hij aut illi addere
uel demere ad hec aliq̄d
voluerint: faciant ex p
posito suo. Et quecūq̄z
addiderint uel dempserit
rata erit. Sed et de mal
que demetrius rex fecit
in eos: scripsimus ei di
centes. Quare grauasti
iugum tuū super ami
cos nostros et socios iu
deos. Si ergo iterū adie
rint nos aduersum te.
faciemus illis iudicium:
et pugnabimus tecum
mari terraq̄z.

IX

In tercia ubi audi
uit demetrius q̄a
cecidit nycanor et
exercitus eius in prelio:
apposuit bachidem et al
cimū iterum mittere i
udeam: et dextrū exerci
tum illis. Et abierunt

viam que duat in galga
la: et castra posuerũt in
mesaloth que est in arbel
lis. et occupauerunt eã:
et peneruntanimas ho
mĩũ multas. In men
se primo anni centesimi
quinquagesimi et secũ
di: applicuerũt exercitũ
ad iherusalem. Et surrex
erunt et abierunt in be
rea viginti milia virorũ:
et duo milia equitũ. Et
iudas castra posuerat in
laysa: et tria milia viri
cum eo electi. Et viderũt
multitudinẽ exercitus
quia multa sunt: et ti
muerunt valde. Et mul
ti subtraxerunt se de cas
tris: et non remanserũt
ex eis nisi octingenti vi
ri. Et vidit iudas qd̃ de
fluxit exercitus suus et
bellum purgebat eũ:
confractus est corde. qui
a non habebat tempus
congregandi eos: et dis
solutus est. Et dixit his
qui residui erant. Sur
gamus et eamus ad ad
aduersarios nostros: si
poterimus pugnare ad
uersus eos. Et auertebãt
eum dicentes. Non pote
rimus: sed liberemꝰ ani
mas nostras modo et re
uertamur ad fratres nos
tros: et tunc pugnabimꝰ
aduersus eos. Nos autẽ
pauci sumus. Et ait iu
das. Absit istam rem fa
cere: ut fugiamus ab eis.
Et si appropiauit tempꝰ
nostrum moriamur in
uirtute ppter fratres nos
tros: et non inferamus
crimen glorie nostre. Et
mouit exercitus de cas
tris: et steterũt illis obui
am. Et diuisi sunt equi
tes in duas partes: et fũ
dibularij et sagittarij
precedebant exercitum: et
primi certaminis omnes
potentes. Machides autẽ
erat in dextro cornu. Et
proximauit legio ex du
abus partibus: et cla
mabant tubis. Excla

manerunt autem et qui
erant ex parte iude ea am
pli⁹: et cōmota est terra
a voce exercatuū: et con
missum est prelium a ma
ne usq; ad vesperam. Et
vidit iudas quia firmu
or est pars exercatus ba
chidis in dextris: conuene
runt cum ipso omnes cō
stantes corde. Et contrita
est dextera pars ab eis: et p
secutus est eos usq; ad mō
tem azoti. Et qui in sinis
tro cornu erant viderūt
qđ contritū est dextrū cor
nu: et secuti sunt post iu
dam et qui cum ipso erāt
a tergo. Et ingrauatum
est prelium: et ceciderunt
vulnerati ex hys et illis.
Et iudas cecidit: et ceteri
fugerunt. Et ionathas
et symon tulerunt iudā
fratrem suū⁹: et sepelierūt
eum in sepulchro patrū
suorū in ciuitate modyn:
et fleuerunt eum omnis
populus israhel planc
tu magno. Et lugebant
dies multos: et dixerunt.
Quomodo cecidit potens.
qui saluū faciebat israh⁹.
Et cetera verba iude et bel
lorū et virtutum quas
fecit. et magnitudinis e
ius non sunt descripta:
multa enim erant valde.
Et factū est post obitum
iude. emerserūt iniqui in
omnibus finibus israh⁹:
et exorti sunt omnes qui
operabantur iniquitatē.
In diebus illis facta est
fames magna valde: et
tradidit se bachidi om
nis regio eorū cum ipis.
Et elegit bachides impi
os viros et constituit eos
dominos regionis⁹: et ex
quirebant et pscutabā
tur amicos iude et addu
cebant eos ad bachidem:
et vindicabat in illos et
illudebat. Et facta ē tribu
latio magna in israhel:
qualis non fuit ex qua
die non est visus pphēta
in israhel. Et congrega
ti sunt omnes amici iu

de: et dixerunt ionathe.
Ex quo frater tuus iudas defunctus est vir similis a non est. qui exeat cõtra inimicos bachidẽ. et eos qui inimici sunt genti nostre. Nunc itaq; te elegimus hodie pro eo nobis esse principem et ducem: ad bellandum bellũ nostrum. Et suscepit ionathas tempore illo principatũ: et surrexit loco iude fratris sui. Et cognouit bachides: et quærebat eũ occidere. Et cognouit ionathas et symõ frater eius et omnes qui cum eo erant: et fugerũt in desertum thecue: et cõsederunt ad aquã lacus asphar. Et cognouit bachides: et die sabbatorũ venit ipse et omnis exercitus eius trans iordanẽ. Et misit fratrẽ suum ducem populi: et rogauit nabuchodos amicos suos. ut cõmendaret illis apparatũ suũ qui erat

copiosus. Et exierunt filij iambri et madabas. et cõprehenderunt iohannen et omnia que habebat: et abierunt habentes ea. Post hec verba renunciatũ est ionathe et symoni fratri eius quia filij iambri faciunt nuptias magnas: et ducũt sponsam ex madaba. filiam vnius de magnis principibus chanaan. cũ ambitione magna. Et recordati sunt sanguinis iohannis fratris sui: et ascenderunt et absconderunt se sub tegumento montis. Et leuauerunt oculos suos et viderunt: et ecce tumultus et apparatus multus: et sponsus processit et amici eius et fratres eius obuiam illis cum tympanis et musicas. et armis multas. Et surrexerũt ad eos cum insidijs et occiderũt eos: et ceciderunt multi vulnerati: et residui fugerunt

in montem. Et acceperunt omnia spolia eorū. Et conuersę sūt nuptiae in luctū: et vox musicorum ipsorū in lamentum. Et vindicauerunt vindictam sanguinis fratris sui: et reuersi sūt ad ripam iordanis. Et audiuit bachides: et venit die sabbatorū usq; ad ripam iordanis in virtute multa. Et dixit ad suos ionathas. Surgamus: et pugnemus cōtra inimicos nostros. Non est enī hodie: sicut heri et nudius tertius. Ecce enim bellū ex adū so: aqua vero iordanis hinc et inde et ripe. et paludes. et salaus: et non ē locus diuertendi. Nunc ergo clamate in celum: ut liberemini de manu inimicorū vestrorū. Et cōmissū est bellū. Et extendit ionathas manū suā paucere bachidem: et diuertit ab eo retro.

Et desiluerunt ionathas et q̄ cum eo erant in iordanē. et transnatauerunt ad eos iordanem: et ceciderūt de parte bachidis die illa mille viri. Et reuersi sūt ierusalem. Et edificauerunt ciuitates munitas in iudea: munitionem que erat in iericho et ī ammaū. et in bethoron. et bethel. et thamnatan. et fara et topo: muris excelsis et portis et seris. Et posuit custodiam ī eis: ut inimicas exercerēt in israhel. Et munuit ciuitatē bethsurā. et gazera. et arcem: et posuit in eis auxilia et apparatum escarum. Et accepit filios principū regionis obsides: et posuit eos in arce in ierusalem ī custodia. Et anno centesimo quīquagesimo tertio mēse secundo. precepit alcimus destrui muros domus sancte interioris. et destruere opera pphetarū: et cepit

destruere. In tempe illo p
cussus est alchimus. et
impedita sunt opera il
lius: et obstupuit os
eius. et dissolutus est pa
ralisi: nec ultra loqui
potuit verbū et manda
re de domo sua. Et mor
tuus est alchimus in tē
pore illo cum tormento
magno. Et vidit bach
des quoniam mortuus
est alchimus. et reuer
ē ad regem: et siluit ter
ra annis duobus. Et
cogitauerunt omnes i
qui dicentes. Ecce iona
thas et qui cum eo sunt
in silencio habitant cō
fidentes. Nunc ergo ad
ducamus bachidem: et
cōprehendet eos omnes
in una nocte. Et abie
runt: et consilium a de
derunt. Et surrexit ut ve
niret cum exercitu mul
to. Et misit epistolas so
cijs suis occulte qui erāt
in iudea: ut cōprehende
rent ionathan et eos q
cum eo erant. Sed non
potuerunt: quia inno
uit eis consilū eorum. Et
apprehendit de viris re
gionis qui principes e
rant milice quinqua
ginta viros: et occidit
eos. Et secessit ionatha
et symon et qui cum eo
erant in bethbesi que ē
in deserto: et extruxit di
ruta eius: et firmauerūt
eam. Et agnouit bach
des et congregauit vni
uersam multitudinem
suam: et hijs qui de iuda e
rant denunciauit. Et ve
nit et castra posuit desu
p a bethbesse. et obpug
nauit eam dies multos:
et fecit machinas. Et re
liquit ionathas symonē
fratrem suū in ciuitate:
et exijt in regionem. Et
venit cum numero: et
percussit odaren et fratres
eius. et filios phaseron.
in tabernaculo ipsorū:
et cepit ordere et crescere in
virtutibus. Symō vero

et qui cum ipso erant ex
ierunt de ciuitate: et suc
cenderunt machinas.
Et pugnauerunt cōtra
bachidem: et conturbatus
est ab eis. Et afflixerūt
eum valde: quoniā con
silium eius et congres
sus eius erat in anis. Et
iratus contra viros ini
quos qui consilium e
dederant. ut veniret in re
gionem ipsorū: multos
ex eis occidit. Ipse autē
cogitauit cum reliquis
abire in regionem suā.
Et cognouit ionathas:
et misit ad eum legatos
cōponere cum ipso pacē.
et reddere ei captiuitatē.
Et libenter accepit. Et fe
cit secundū verba eius:
et iurauit nichil se ei fac
turū mali omnibus di
ebus vite eius. Et reddi
dit ei captiuitatē quā
prius erat predatus de ter
ra iuda. Et conuersus
abiit in terram suā: et
non apposuit amplius
venire in fines eius: et
cessauit gladius ex isrl.
Et habitauit ionathas
in machmas. Et cepit
ionathas ibi iudicare
populū: et exterminauit
impios ex isrl.

X

Anno centesimo
sexagesimo ac
cendit alexan
der anthiochi filius qui
cognominatus est no
bilis: et occupauit pto
lomaydam. Et receperūt
eum: et regnauit illuc.
Et audiuit demetrius rex
et congregauit exerci
tum valde copiosū: et
exiuit obuiam illi in pre
lium. Et misit demetri
us ad ionathā epistolā
verbis pacificis: ut mā
nificaret eum. Dixit e
nim. Anticipemus pa
cem facere cum eo: priusq̄
faciat cū alexandro
aduersum nos. Recor
dabitur enim omnium
malorū que fecimus in
eum: et in fratrē eius. et

in gentem eius. Et dedi
a potestatem congregā
di exercitū et fabricare
arma. et esse ipsū socium
eius: et obsides qui erant
in arce iussit tradi ei. Et
venit ionathas in iheru
salem: et legit epistolas
in auditu omnis popu
li. et eorū qui in arce erāt.
Et timuerunt timore mg
no: quoniā audierunt
qd dedit ei rex potestatē
congregandi exercitū.
Et tradita sunt ionathe
obsides: et reddidit eos
parentibus suis. Et ha
bitauit ionathas in ihe
rusalem: et cepit edifica
re et īnouare ciuitatem.
Et dixit facientibus ope
ra: ut extruerent muros
et montem syon. in ar
cuitu lapidibus quadra
tis ad munitionem. Et
ita fecerunt. Et fugerunt
alienigene qui erant in
munitionibus quas edi
ficauerat bachides: et re
liquit vnusquisq; locū
suū: et abiit in terrā su
am. Tantū in bethsurā
remanserunt aliqui ex
his qui reliquerant legē
et precepta dei. Erat enim
hec eis ad refugium. Et
audiuit alexander rex
promissa que promisit de
metrius ionathe: et nar
rauerunt ei prelia et vir
tutes quas ipse fecit et
fratres eius. et labores qs
laborauerunt: et ait. Nū
quid inuenimus alium
virum talem? Et nunc
faciemus eum amicum
et socium nostrum. Et scp
sit epistolam et misit ei:
secundū hec verba dicēs.
Rex alexander fratri io
nathe salutem. Audiui
mus de te qd vir potens
viribus. et aptus es ut
sis amicus noster. Et
nunc constituimus te
hodie sūmū sacerdotem
gentis tue: et ut amicus
vocetis regis. Et misit
ei purpuram et coronā
auream: et que nra sūt

ſenaas nobiſcū: et con
ſeruies amicaas ad nos.
Et induit ſe ionathas
ſtolam ſanctam. ſeptīo
menſe. anno centeſimo
ſexageſimo in die ſolēp
nii ſcenophegie. Congre
gauit exercitum: et fe
cit arma copioſa. Et
audiuit demetrius ver
ba iſta et contriſtatus
eſt nimis: et ait. Quid
hoc fecimus: qđ preoc
cupauit nos alexander
appehendere amicaā
iudeoꝝ. ad munimen
ſui. Scribam et ego il
li verba deprecatoria et
dignitates et dona: ut
ſit mecum in adiutoꝝ
ium. Et ſcripſit ea in hec
verba. Rex demetrius
genti iudeoꝝ ſalutem.
Quoniam ſeruaſtis ad
nos pactum et manſiſ
tis in amicicia noſtra.
et non acceſſiſtis ad ini
micos noſtros: audiui
mus et gauiſi ſumus.
Et nunc pſeuerate adhuc
conſeruare ad nos fidē:
et retribuemus vobis bo
na pro hijs que feciſtis
nobiſcum. Et remittem⁹
vobis preſtaciones mul
tas: et dabimus vobis
donaciones. Et nūc ab
ſoluo vos et omnes iu
deos a tributis: et pcia
ſalis indulgeo. et coro
nas remitto: et tercias
ſeminis et dimidiam
partē fructus ligni qđ
eſt poraconis mee relin
quo vobis ex hodierno
et deinceps: ne accipiat
a terra iuda et a tribus
ciuitatibus que addite
ſunt illi. ex ſamaria et
galilea. ex hodierna die
et in totum tempus. Et
iheruſalē ſit ſancta et
libera cum finibus ſu
is: et decime et tributa
ipſius ſint. Remitto et
am potestatem arcis que
eſt in iheruſalem. et do e
am ſūmo ſacerdoti: ut
conſtituat in ea viros qſ
cumq; ipſe elegerit q̄ cuſ

todiant eam. Et omnē
animam iudeorum que
captiua est a terra iuda
in omni regno meo relī
quo liberam gratis: ut
omnes a tributis soluā
tur etiam pecorū suoz.
Et omnes dies solēpnes
et sabbata et neomenie.
et dies decreti et tres dies
ante diem solempnem.
et tres post diem solemp
nem: sint omnes īmu
nitatis et remissionis.
omnibus iudeis qui sūt
in regno meo. Et nemo
habebit potestatē agere
aliquid et mouere negō
cij aduersus aliquē eo
rum in omni causa. Et
ut asscribantur ex iu
deis in excercitu regis ad
triginta milia virorū:
et dabuntur illis copie
ut oportet omnibus ex
ercitibus regis. Et ex
ipsis ordinabuntur q̄
sint in municionibus
regis magni: et ex his
constituentur supra ne
gocia regni que agūtur
ex fide. Et principes sint
in eis et ambulent in le
gibus suis: sicut precepit
rex in terra iuda. Et tres
ciuitates que addite sūt
iude ex regione samarie
cū iudea reputentur: ut
sint sub vno et non obe
diant alie potestati nisi
sūmi sacerdotis: ptolo
maydam et confines ei?
quas dedi donū sanctis
qui sunt in iherusalem.
ad necessarios sumptus
sanctorū. Et ego singu
lis annis dabo quindecī
milia sydoniū argenti de
racionibus regis q̄ me
contingūt. Omne quod
reliquū fuit quod non
reddiderāt qui sup negoci
a erant annis priorib⁹:
ex hoc dabunt in opera
domus. Et sup hec quin
q̄ milia sydonum argē
ti que acapiebant de sāc
torum racione per sīgu
los annos: et hec ad sa
cerdotes pertineant qui

ministerio fungimur.
Et quicūq; fugerint in
templū quod est in iheō
solimis et in omnibus
finibus eius obnoxij re
gi in omni negocio di
ctatus: et vniuersa q̄
sunt eis in regno meo
libera habeant. Et edifi
canda uel restauranda
opa sanctoꝝ: sūptus
dabuntur de racone re
gis. Et ad extruendos
muros iherusalē et com
muniendos in circuitu.
sumptus dabuntur de
racone regis: ⁊ ad cōstru
endos muros in iudea.
Vr audiuit autem io
nathas et populus ser
mones istos non credi
derunt eis nec receperūt
eos ⁊ quia recordati sūt
malicie magne quam
fecerat in israhel: et tri
bulauerat eos valde. Et
complacuit eis in alex
andrum ⁊ quia ipse fu
erat eis princeps sermo
nū pacis: et ipsi auxiliu

um ferebant omnibus
diebus. Et congregauit
rex alexander exercitum
magnū: et admouit
castra ad demetriū. Et
cōmiserunt preliū reges.
Et fugit exercitus alex
andri ⁊ et secutus est eū
demetrius: et inualuit
super eos. Et ītualuit p̄
lium nimis donec occi
dit sol. Et cecidit deme
trius in illa die. Et mi
sit alexander ad ptolo
meum regem egipti le
gatos secundū hec ver
ba dicens. Quoniā re
gressus sum in regnum
meū et sedi in sede patrū
meorum. et obtinui p̄
cipatū et contriui deme
trium. et possedi regio
nē nr̄am. et cōmisi cū eo
pugnā et cōtrinis ē ipse ⁊
castra eoꝝ a nobis. ⁊ sedem
in sede regni eius ⁊ nunc
statuamus adinuicem
amicitiam et da michi
filiam tuam uxorē. et
ero gener tuus: et dabo

abi dona et dignitatem.
Et respondit ptolomeus
rex dicens. Felix dies in
qua reuersus es ad terrā
patrū tuorum: et sedisti
in sede regni eorū. Et
nunc faciam tibi que
scripsisti. Sed occurre
ptolomaydam ut videa
mus nos inuicem: et ho
dram tibi sicut dixisti.
Et exiit ptolomeus de e
gypto ipse et cleopatra
filia eius: et venit pto
lomaydē anno centesi
mo sexagesimo secūdo.
Et occurrit ei alexander
rex: et dedit ei cleopatrā
filiam suam. Et fecit
nuptias eius ptoloma
ydē: sicut reges in mag
na gloria. Et scripsit
rex alexander ionathe:
ut veniret obuiam sibi.
Et abiit cum gloria pto
lomaydam: et occurrit
sibi duobus regibus.
Et dedit illis argentum
multum et aurum et
dona: et inuenit gratiā
in conspectu eorū. Et con
uenerunt aduersus eum
viri pestilentes ex israhel
viri iniqui interpellātes
aduersus eum: et non in
tendit ad eos rex. Et ius
sit spoliari ionathā ves
timentis suis: et indu
cum purpura. Et ita fe
cerunt. Et collocauit eū
rex sedere secum: dixitq;
principibus. Exite cum
eo in medio ciuitatis:
et predicate ut nemo in
terpellet aduersus eum
de ullo negocio: nec q̄sq̄
a molestiis sit de ulla ra
tione. Et factum est ut
viderunt qui interpella
bant gloriam eius q̄
predicabatur. et operti
cum purpura: fugerūt
omnes. Et magnifica
uit eum rex et scripsit
eum inter primos amī
cos: et posuit eum ducē
et participem principa
tus. Et reuersus est io
nathas in iherusalem
cum pace et letitia. In

anno centesimo sexagesimo quinto: venit demetrius filius demetrij a creta in terram patrū suorum. Et audiuit alexander rex et contristatus est valde: et reuersus est anthiochiam. Et constituit demetrius apollonium qui preerat celesyrie: et congregauit exercitū magnū. et accessit ad iamniam: et misit ad ionathan sūmū sacerdotem dicens. Tu solus resistis nobis? ego autem factus sum in derisū et in obprobrium: propterea quia tu potestatem exercres aduersum nos in montibus. Nūc ergo si confidis in virtutibus tuis descende ad nos in campū. et cōparemur illic inuicē: quia mecum est virtus bellorum. Interroga et discce quis sum ego et ceteri q̄ auxilio sunt mihi: q̄ et dicunt quia non potest stare pes vester ante faciem nostram: q̄a bis in fugam conuersi sunt patres tui in terra sua. Et nunc quomodo poteris sustinere equitatum et exercitum tantum in campo: ubi non est lapis neq̄ saxum. neq̄ locus fugiendi. Vt audiuit autem ionathas sermones apollonij: motus est animo. Et elegit decem milia virorum: et exiit ab iherusalem. Et conuenit ei symon frater eius in adiutoriū. Et applicuerūt castra in ioppen: et exclusit eum a ciuitate. quia custodia apollonij ioppe erat. et oppugnauit eam. Et exierūt qui erant intra ciuitatem: et aperuerunt ea. Et obtinuit ionathas ioppē. Et audiuit apollonius et admouit tria milia equitum et exercitum multū: et abiit azotū

tamq̃m iter faciens. Et
statim erijt in campū
eo qd̄ haberet multitu
dinem equitum: et con
fideret in eis. Et insecut⁹
est eum ionathas in a
zotū: et prelium cōmise
runt. Et reliquit apol
lonius in castris mille
equites post eos occulte.
Et cognouit ionathas
quoniam insidie sunt
post se: et circuierūt cas
tra eius usq̄ ad vesperā.
Populus autem stabat.
sicut precepit ionathas:
et laborauerunt equi e
orum. Et exeat symon
exercitum suum et con
misit contra legionē:
equites enim fatigati e
rant. Et conterriti sunt
ab eo: et fugerunt. Et
qui dispersi sunt in cā
pum fugerunt in azo
tum: et intrauerunt in
bethdagon ydolum su
um ut se liberarent. Et
succendit ionathas a
zotum et ciuitates que
erant in circuitu eius: et
accepit spolia eorum: et
templum dagon et eos
qui fugerunt in illud ꝛꝛ
succēdit igni. Et fuerūt
qui ceciderunt gladio cū
his qui succensi sunt:
fere octo milia virorū.

Et mo XI
uit inde iona
thas castra et
applicuit ea ascalona:
et exierunt de ciuitate ob
uiam illi in magna
gloria. Et reuersus est
ionathas in iherusalē
cum suis. habentibus
spolia multa. Et factū
est ut audiuit alexand⁹
sermones istos: addidit
adhuc glorificare iona
than. Et misit ei fibulā
auream: sicut est cōsue
tudo dari cognatis regū.
Et dedit ei acharon et
omnes fines eius in pos
sessionem. Et rex egipti
congregauit exercitum
sicut arenā que est ad
oram maris. et naues

multas: et querebat ob
tinere regnū alexandri
dolo. et addere illud reg
no suo. Et exijt in syriā
verbis pacificas: et ape
riebant ei ciuitates. et
occurrebant ei: quia mā
dauerat alexander rex ex
ire ei obuiam. eo qđ so
cer suus esset. Cum itro
iret autem ciuitatē pto
lomeus: ponebat custo
dias militū in singul
ciuitatibus. Et ut appro
pinquauit azoto ostenderūt
ei templū dagon succē
sum. et azotum. et cetera
eius demolita. et corpora
prostrata: et eorū qui cesi sūt
in bello cumulos quos
fecerant secus viam. Et
narrauerūt regi quia
hec fecit ionathas: ut
inuidiam faceret ei.
Et tacuit rex. Et occur
rit ionathas regi in iop
pen cum gloria: et ōnes
cum se salutauerunt: et
dormierunt illic. Et ab
iit ionathas cum rege
usq; ad flumiū qui voca
tur eleutherus: et reuersꝰ
est ierusalē. Rex autem
ptolomeus obtinuit do
minū ciuitatū usq; se
leucam maritimam:
et cogitabat in alexan
drum consilia mala.
Et misit legatos ad de
metriū dicens. Veni cō
ponamus inter nos pac
tum: et dabo tibi filiam
meam quā habet alex
ander: et regnabis ī reg
no patris tui. Penituit e
nim me qđ dederim illi fi
liam meam. Quesiuit
enī me occidere. Et vitu
perauit eum: ppterea qđ
concupierat regnū eius.
Et abstulit filiam suā
et dedit eam demetrio: et
alienauit se ab alexan
dro: et manifeste facte
sunt inimicicie eius. Et
intrauit ptolomeus an
thiochiam: et imposu
it duo diademata capi
ti suo egipti et asie. pto
lomeus autē rex erat in

alicaa illis temporibz:
quia rebellabant qui
erant in locis illis. Et
audiuit alexander: et ve
nit ad eum in bello. Et
pduxit ptolomeus rex
exercitum et occurrit a
in manu valida: et fu
gauit eum. Et fugit a
lexander in arabiam:
ut ibi protegeretur. Rex
autem ptolomeus exal
tatus est. Et abstulit
gaddiel arabs caput
alexandri: et misit pto
lomeo. Et rex ptolomeus
mortuus est in die tercia:
et qui erant in munico
nibus perierunt ab hys
qui erant intra castra.
Et regnauit demetrius
anno centesimo sexage
simo septimo. In diebz
illis congregauit iona
thas eos qui erant in iu
dea: ut expugnarent ar
cem que est in iherusalē.
Et fecerunt contra eam
machinas multas. Et
abierunt quidā qui ode
rant gentem suam viri
iniqui ad regem: et renū
ciauerunt ei qd ionathas
obsideret arcem. Et ut au
diuit iratus est: et statī
venit ptolomaydā. Et
scripsit ionathe ne obsi
deret: sed occurreret sibi ad
colloquiū festinato. Vt
autem audiuit ionā
thas: iussit obsidere. Et
elegit de senioribus isrl
et de sacerdotibus: et de
dit se periculo. Et acce
pit aurum et argentū.
et vestem et alia xenia
multa: et abijt ad regē
ptolomaydē: et īuenit
graciam in conspectu
eius. Et interpellabant
aduersus eum quidam
iniqui ex gente sua. Et
fecit eū rex sicut fecerant
ei reges qui ante eū fue
rant: et exaltauit eum
ante conspectū omniū
amicorū eius. Et statui
it ei principatū sacerdo
cij. et quecūqz alia habu
it prius preciosa: et fecit

eum principem amicoꝝ
rū. Et postulauit iona
thas a rege ut īmunem
faceret iudeam. idest tres
toparchias et samariā:
et promisit ei talenta tre
centa. Et consensit rex:
et scripsit ionathe episto
las de hys omnibus hūc
modū continentes. Rex
demetrius ionathe fratri
salutem. et genti iudeoꝝ.
Exemplū epistole quā
scripsimus lastheni pa
renti nostro de vob: mi
simus ad vos ut sciretis.
Rex demetrius lastheni
parenti salutem. Gen
iudeoꝝ amicis nostris
et conseruantibus que
iusta sunt apud nos:
decreuimus benefacere
propter benignitatem ip
soꝝ quam erga nos
habent. Statuimus er
go illis omnes fines iu
dee et tres auctates lidd
et ramate que additе
sunt iudee ex samaria.
et omnes confines eay.
sequestra omnibus sacri
ficantibus in iherosoli
mis: pro hys que ab eis
rex accipiebat p singulos
annos. et pro fructibus
terre et pomoꝝ. Et alia
que ad nos pertinebant
de marū et tributoꝝ:
ex hoc tempore remittim⁹
eis. Et aream salinarū.
et coronе que nobis debe
rebantur: omnia ipsis
concedimus. Et nichil
horū mutū erit ex hoc et
in omne tempus. Nūc
ergo curate facere horū
exemplū: et detur iona
the. et ponatur in mon
te sancto in loco celebri.
Et vidit demetrius rex q
siluit terra in conspectu
suo. et nichil a resistit:
dimisit exercitū suum
vnūquemq; in locū su
um: excepto peregrino
exercitu quem contrax
it ab insulis gencium.
Et inimica erant ei om
nis exercitus patrū ei.
Typhon autem erat

quidam paraū alexan
dru prius. Et vidit qm
omnis execratus mur
murat contra demetriū:
et ÿt ad emaauel arabū.
qui nutriebat anthio
chum filiū alexandri.
et assidebat ei: ut traderet
eum ipsi ut regnaret lo
co patris sui. Et enūa
uit ei quanta fecit de
metrius: et inimicicias
execrationū eius aduersū
illum. Et mansit illic
diebus multis. Et mi
sit ionathas ad deme
trium regem ut ejceret
eos qui in arce erant in
hierusalem. et qui in p̄
sidijs erant: quia ipug
nabant israhel. Et mi
sit demetrius ad iona
than dicens. Non hec
tantum faciam tibi et
genti tue: sed gloria il
lustrabo te et gentē tu
am. cum fuerit opportu
nū. Nunc ergo recte face
ris si miseris viros ī aux
ilium: quia discessit om
nis exercitus meus. Et
misit ei ionathas tria
milia vironū fortiū an
thiochiam. Et venerūt
ad regem: et delectatus ē
rex in aduentu eorū. Et
conuenerunt qui erant
de ciuitate centū viginti
milia vironū: et volebāt
interficere regem. Et fu
git rex in aulam. Et oc
cupauerunt qui erant
de ciuitate itinera ciuita
tis: et ceperunt pugnare.
Et vocauit rex iudeos in
auxiliū: et conuenerūt
omnes simul ad eum.
Et dispersi sunt omnes
per ciuitatem: et occide
runt in die illa centum
milia hominū. Et succ
enderunt ciuitatem: et
ceperūt spolia multa
in die illa: et liberauerūt
regem. Et viderunt qui
erant de ciuitate qd̄ ob
tinuissent iudei ciuita
tem sicut volebant: et
infirmata sunt mente
sua: et clamauerunt ad

regem cum precibus di
centes. Da nobis dextras:
et cessent iudei obpugnā
tes nos et ciuitatem. Et
precerunt arma: et fecerūt
pacem. Et glorificati sūt
iudei in conspectu regis
et in conspectu omnium
qui erant in regno eius:
et nominati sunt in regno. Et regressi sunt ī ihe
rusalem: habentes spo
lia multa. Et sedit de
metrius rex in sede regni
sui: et siluit terra in con
spectu eius. Et mentatus
est omnia quecūq; dixit.
et alienauit se ab iona
tha. et non retribuit ei se
cundū beneficia que sibi
tribuerat: et vexabat eū
valde. Post hec autem re
uersus est triphon et an
thiochus cum eo puer ad
olescens: et regnauit et ī
posuit dyadema. Et cō
gregati sunt ad eū om
nes exercitus quos dis
serat demetrius. et pug
nauerunt contra eum:
et fugit et terga vertit.
Et accepit triphon beli
as: et obtinuit anchio
chiam. Et scripsit anti
ochus adolescens ion
the dicens. Constituo te
bi sacerdociū: et constitu
o te sup quatuor ciuita
tes: ut sis de amicis regis.
Et misit illi vasa aurea
et ministeriū: et dedit ei
pōtem bibēdi in auro: et
esse in purpura. et habē
fibulam auream. Et si
monem fratrem eius cō
stituit ducem a termino
rum usq; ad fines egipti.
Et exiit ionathas: et per
ambulabat trans flu
men ciuitatis. Et cōgre
gatus est ad eū omnis
exercitus syrie in auxiliū
um. Et venit ascalonē:
et occurrerūt ei de ciuitate
honorifice. Et abiit in
de gazam. Et concluserūt
se qui erant gaze: et ob
sedit eam. Et incendit
que in circuitu erant ci
uitates: et predatus est

eas. Et rogauerunt ga
zenses ionathan: et de
dit illis dextram. Et acce
pit filios eorũ obsides: et
misit illos in ihrusalẽ.
Et pambulauit regio
nem usq; ad damascũ.
Et audiuit ionathas
quia principes demetrij in ca
des. que est in galilea cũ
exercitu multo volẽtes
eum remouere a regno
no regni: et occurrit ill.
Fratrem autem suũ sy
monẽ reliquit intra pro
uinciam. Et applicuit
symon ad bethsurã. et
expugnabat eam die
bus multis: et cõclusit
eos. Et postulauerunt
ab eo dextras accipere:
et dedit illis: et eiecit eos
inde. Et cepit ciuitatẽ:
et posuit in ea presidiũ.
Et ionathas et castra e
ius applicuerunt ad a
quam genesar: et ante
lucem vigilauerunt in
campum asor. Et ecce
castra alienigenarũ
occurrebant in campo:
et tendebant ei insidias
in montibus. Ipse au
tem occurrit ex aduerso.
Insidie vero exurrexerũt
de locis suis: et cõmise
runt prelium. Et fuge
rũt qui erant ex parte
ionathe omnes: et ne
mo relictus est ex eis nu
si mathathias filius
absolomi: et iudas filiu
us calfi. princeps mili
tie exercitus. Et scidit
ionathas vestimenta
sua: et posuit terram in
capite suo et oravit. Et
reuersus est ad eos ĩ pre
lium: et conuerit illos:
et pugnauerũt. Et vide
runt qui fugiebant par
tis illius et reuersi sunt
ad eum: et insequeban
tur cũ eo usq; cades ad cas
tra sua: et peuenerũt usq;
illuc. Et ceciderũt de alie
nigenis in die illa tria
milia virorũ: et reuersus
est ionathas in ihrlm.

Tvidit XII ionathas quia tempus eum iuuat: elegit viros et misit eos romam statuere et renouare cum eis amicitiam. Et ad spartas et ad alia loca misit epistolas secundum eandem formam. Et abierunt romam et intrauerunt in curiam: et dixerunt. Jonathas sūmus sacerdos et gens iudeorū miserunt nos: ut renouemus amicitiam et societatē secundū pristinū. Et dederunt illis epistolas ad ipsos per loca: ut deducerent eos in terram iudeā cū pace. Et hoc exēplum epistolarum quas scripsit ionathas sparciatis.

Jonathas sūmus sacerdos et seniores gentis et sacerdotes et reliquus populus iudeorū: sparciatis fratribus salutem.

Jam pridem misse erāt epistole ad onyam sūmū sacerdotem a dario qui regnabat apud vos: quoniam estis fres nostri: sicut rescriptū continet quod subiectum est. Et suscepit onyas virū qui fuerat missus cum honore: et acceptit epistolas in quibus significabatur de societate et amicicia. Nos cum nullo horū indigeremus. habentes solacio sanctos libros qui sūt in manibz nostris. maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem et amicitiam: ne forte alieni efficiam ā vobis. Multa enī tempora transierūt: ex quo misistis ad nos. Nos ergo in omni tempore sine intermissione. in diebus solempnibus et ceteris quibus oportet memores sumus vestri. in sacrificijs que offerimus et obseruationibus: sicut fas est et decet meminisse fratrum. Letamur

ttaq̄ de gloria vīa. Nos autem arguīdeīt mul te tribulacones. et mlta pelia: et īpugnaue runt nos reges qui sūt in arnitu nostro. Nolu imus ergo vobis molel ti esse: neq̄ ceteris socijs et amicis nostris in pre lijs. Habuimus enim de celo auxiliū. et liberati sumus: et humiliati sūt inimici nostri. Elegim⁹ itaq̄ numeniū anthio chū. et antipatrū iasonis filium: et misimus ad romanos renouare cū eis amicaam et socie tatem pristinā. Manda iimus itaq̄ eis ut veni ant etiam ad vos et sa lutent vos: et reddant vobis epistolas nostras de innouacone fraterni tatis nostre. Et nunc be nefacietis: respondentes nobis ad hec. Et hoc re scriptū epistolarū: qd̄ misserat onyas rex spar tiatarum. Onyas iona the sacerdos magno sa lutem. Inuentū est in scriptura de sparciatis et iudeis quoniam sunt fratres: et quia sunt de genere abraham. Et nunc ex quo hec cognouimus: benefaciatis scri bentes nobis de pace vel tra. Sed et nos rescripsi mus vobis. Pecora nos tra et possessiones nostre vestre sunt: et vestre nos tre. Mandauimus itaq̄ hec nunciari vobis. Et audiuit ionathas q̄m egressi sunt principes de metrij cū exercitu mul to. supra q̄m prius pug nare aduersus eum: et exijt ab iherusalē et oc currit ei in amantie regi one. Non enim dederat e is spacium. ut ingrederē tur regionem eius. Et misit speculatores i cas tra eorum: et reuersi nū ciauerūt quia constitu iunt superuenire illic noc te. Cum audisset autē

sol. precepit ionathas
suis vigilare et esse in
armis. paratos ad pug
nam tota nocte: et posu
it custodes per circuitum
castroꝝ. Et audierunt
aduersarij quia paratus
est ionathas cum suis ī
bello: et timuerūt et for
miduerunt corde suo: ⁊
accenderūt focos ī castris
suis. Jonathas autē et
qui cum eo erant: non
cognouerunt usqꝫ ma
ne. Videbant enī lumīa
ria ardentia. Et secutus
est ionathas: et non com
prehendit eos. Trāsierāt
enim flumen eleutherū.
Et diuertit ionathas ad
arabas qui vocantur
zabadei. et percussit eos: et
accepit spolia eorū. Et
iunxit et venit damas
cū: et pambulauit om
nem regionē illam. Sy
mon autē exijt et venit
usqꝫ ascalona et ad pro
xima presidia: et declina
uit in ioppen et occupa

uit eam. Audiuit enim
qd̄ vellent presidiū tra
dere partibus demetrij: ⁊
posuit ibi custodes ~~ut cus~~
~~todes~~ ut custodirent eā.
Et reuersus est ionathas
et conuocauit seniores
populi: et cogitauit cū
eis edificare presidia in
iudea. et edificare muros
in iherusalem. et exaltare
altitudinem magnam
inter medium arcis et ciui
tatis: ut separet eam a
ciuitate. ut esset ipsa sin
gulariter. et neqꝫ emāt
neqꝫ vendant. Et congre
gati sunt ut edificarent ci
uitatem. Et ceciderunt
muri qui erant ex parte
torrentem ab ortu solis: et
reparauit eū qui vocat
caphetera. Et symō edifi
cauit adyada in sephela
et muniuit eam: et īpo
suit portas et seras. Et
cum cogitasset typhon
regnare asye. et assumē
diadema. et extendē ma
nū in anthiochū regē.

tamens ne forte non per
mitteret eum ionathas.
sed pugnaret aduersus
eum: querebat cōprehen
dere eum et occidere. Et
exurgens abiit in betha
san. Et exiuit ionathas
obuiam cū quadragin
ta milibus vironū electo
rum in preliū: et venit
bethsan. Et vidit try
phon quia venit iona
thas cum exercitu mul
to ut extenderet in eum
manus: et tamuit. Et
excepit eum cū honore:
et cōmendauit eum om
nibus amicis suis: et de
dit ei munera. Et precepit
exercitibus suis: ut obe
dirent ei sicut sibi. Et dix
it ionathe. Vt quid vexas
tu vniuersū populum:
cum bellum nobis non
sit: Et nunc remitte eos
in domos suas. Elige au
tem tibi viros paucos q̄
tecum sint. et veni mecū
ptolomaydam: et tradā
illam tibi. et reliqua pre
sidia et exercitū. et vni
uersos prepositos nego
cij: et conuersus abibo.
Propterea enim veni. Et
credidit ei et fecit sicut dix
it: et dimisit exercitum.
et abierunt in terrā iuda.
Retinuit autem secum
tria milia vironū. Ex q̄
bus remisit in galileam
duo milia: mille autem
cū eo venerunt. Vt intra
uit autem ionathas pto
lomaydam: clauserunt
portas ptolomenses. et
comprehenderunt eum.
Et omnes qui cū eo ītra
uerant gladio interfece
runt. Et misit typhon
exercitum et equites in
galileam et in campum
magnū: ut perderet om
nes socios ionathe. At
illi cum cognouissent
quia cōprehensus est io
nathas et periit. et om
nes qui cum eo erant:
hortati sunt semetipsos.
et exierunt parati in pre
lium. Et videntes hij qui

insecuta fuerant. quia p
anima res est illis: rauer
si sunt. Illu autē venerūt
omnes cum pace in ter
ram iuda: et planxerunt
ionathan et eos qui cum
eo fuerant valde. Et lux
it israhel luctu magno.
Et quescierunt omnes gē
tes que erant in circuitu
eorum conterere eos. Dix
erunt enim. Non habēt
principem et adiutorē
tem. Nunc ergo expug
nemus illos: et tollam⁹
de hominibus memori
am eorum. XII

Caudiuit hy
mon qđ congre
gauit triphon
exercitum copiosum ut
veniret in terram iuda.
et attereret eam: videns
quia in timore populus
lus est et timore. ascen
dit ihrusalem et cōgre
gauit populum: et ad
hortans dixit. Vos scitis
quanta ego et frēs mei
et domus patris mei fe
cimus pro legibus et pro
sanctis prelia: et angus
tias quales vidimus.
Horū grauia perierūt fra
tres mei omnes. pter israa
hel: et relictus sum ego so
lus. Et nunc non michi
contingat parcere ani
me mee in omni tempe
tribulationis. Non enī
melior sum fratribz me
is. Vindicabo utiqz gen
tem meam et sancta. na
tos qz vestros et uxores:
quia congregate sunt
vniuerse gentes conteré
nos inimicicie gratia.
Et accensus est spiritus
populi simul. ut audi
uit sermones istos: et
responderunt voce mag
na dicentes. Tu es dux
noster in loco iude et io
nathe fratris tui. Pug
na prelium nostrū: et om
nia quecunqz dixeris
nobis faciemus. Et cō
gregans omnes viros
bellatores accelerauit
omnes muros in ihrlm

consūmare: et munivit
eam in gyzo. Et misit
ionathan filiū absolo
mi. et cū eo exercitū no
uū in ioppen: et ejectis
hys qui erant in ea mā
sit illic ipse. Et movit
triphon ab ptolomaida
cum exercitu multo. ut
veniret in terram iuda:
et ionathas cū eo in aul
rodia. Symon autē ap
plicuit in addus. cōtra
faciē campi. Et ut cog
novit triphon quia sur
rexit symon in loco iona
the fratris sui. et quia cō
miserus erat cum eo p̄
lium: misit ad eū legatos
dicens. Pro argēto quod
debebat frater tuus io
nathas in racōe regis:
detinuimus eum. Et
nunc mitte argenti ta
lenta centum. et duos
filios eius obsides. ut nō
dimissus fugiat a nob̄:
et remittemus eum. Et
cognovit symon quia
cum dolo loqueretur se
cum: misit tamen dari
argentum et pueros: ne
inimicitiam magnam
sumeret ad israhel popu
lum dicentem. Quia nō
non misit argentum et
pueros: propterea periit.
Et mentitus est: et non
dimisit ionathan. Et
post hec venit triphon i
tra regionē ut contereret
eam: et gyraverunt per
viam que ducit ador.
Et symon et castra eius
ambulabant in omnē
locum quocūq̄ ibant.
Qui autem in arce erāt
miserunt ad triphonem
legatos: ut festinaret ve
nire p̄ desertum. et mitte
ret illis alimonias. Et
parauit triphon omnē
equitatum: ut veniret
illa nocte. Erat enī nix
valde multa: et non ve
nit in galadithim. Et
cum appropinquasset bas
chama: occidit ionathā
et filios eius illic. Et cō
uertit triphon: et abijt

in terram suam. Et misit
symon et accepit ossa io
nathe fratris sui: et sepe
liuit ea in modin ciuita
te patrū eius. Et planxe
runt eum omnis israel
planctu magno: et luxe
runt eum dies multos.
Et edificauit symon sup
sepulchrū patris sui et
fratrum suorū edificū
altū visu: lapide polito
retro et ante. Et statuit
septem pyramidas vnā
contra vnam: patri et
matri. et quatuor fratri
bus. Et hys arcūposuit
colūpnas magnas: et
super columpnas arma
ad memoriam eternam.
Et iuxta arma naues
sculptas: que viderentur
ab hominibus nauigā
tibus mare. Hoc ē sepūl
chrum quod fecit in mo
din: usq; in hunc diem.
Triphon autē cum uer
faceret cum anthiocho
rege adolescente dolo occi
dit eum: et regnauit loco
eius. Et imposuit sibi dy
adema asye: et fecit pla
gam magnā in terra.
Et edificauit symon pre
sidia iudee muniens eā.
turribus excelsis. et mu
ris magnis. et portis et
seris: et posuit alimen
ta in municionibus.
Et elegit symon viros
et misit ad demetrium
regem ut faceret remissi
onē regioni: quia act?
omnes triphonis p di
rep?onem fuerant ges
ti. Et demetrius rex ad
verba ista respondit: et
scripsit epistolam talē.
Rex demetrius symoni
simo sacerdoti et amico
regum. et senioribus et
genti iudeorū. salutem.
Coronam auream et
baen quam misistis sus
cepimus: et parati sum?
facere vobiscum pacem
magnā: et scribere ?po
sitas regis remittere vo
bis que indulsim? Que
cumq; eis constituim?

vobis constant. Muni
ones quas edificastis.
sint vobis. Remittim⁹
quoq; ignorancias et
peccata usq; in hodier
nū diem: et coronā quā
debebatis. Et si quid alu
ud erat tributariū ihe
rusalem: iam non sit
sit tributarium. Et si
qui ex vobis apti sunt
conscribi inter nostros
conscribantur: et sit in
ter nos pax. Anno cente
simo septuagesimo ab
latum est iugum gen
cium ab israhel. Et ce
pit populus israhel scri
bere in tabulis et gestis
publicis: anno primo
sub symone sūmo sacer
dote. magno duce et pn
cipe iudeorum. In diebz
illis symon applicuit
ad gazam. et circūdedit
eam castris: et fecit ma
chinas. Et applicuit
ad ciuitatem: et percussit
turrem vnam et cōprē
hendit. Et qui eruperūt
erant intra machinam
in ciuitate. Et factus ē
motus magnus in ciu
tate. Et ascenderunt qui
erant in ciuitate cū uxo
ribus et filijs suis mu
rum. scissis tunicis suis:
et clamauerūt voce mag
na. postulantes a sy
mone dextras sibi dari:
et dixerūt. Non nobis
reddas secundū malicia
as nostras: sed secūdū
misericordias tuas. Et
flexus symon non debel
lauit eos. Erant tamē
eos de ciuitate. Et emun
dauit edes in quibus fu
erant simulachra: et cū
ingressus est in eam cū ym
nis benedicens dominū.
Et electa ab ea omni im
mundicia: collocauit
in ea viros qui legem fa
cerent. Et munuit eā: et
fecit sibi habitacionē. Qui
autem erant in arce ihe
rusalem: prohibebant
egredi et ingredi in regi
onem. et emere ac vende.

Et ceciderunt valde: et
multa ex eis fame peri
erunt. Et clamauerũt
ad symonem: ut deret pa
cem acciperent. Et dedit il
lis. Et eiecit eos inde:
et mundauit arcem a
contaminacionibus.
Et intrauerunt in eã
tercia et vicesima secũ
di mensis. anno cen
tesimo septuagesimo
primo. cum ramis pal
marum et cynaris. et
cymbalis et nablis. et
ymnis et canticis: qui
a contrarius est inimi
cus magnus ex israhel.
Et constituit ut omni
bus annis agerentur
dies hij cum leticia. Et
muniuit montem tẽ
plj qui erat secus arcẽ:
et habitauit ibi ipse.
et qui cum eo erant. Et
vidit symon iohannẽ
filiũ suũ qd̃ vir esset: et
posuit eũ ducem virtu
tum vniuersarum: et
habitauit gazaris.

Anno XIIII
centesimo sep
tuagesimo se
cundo. congregauit rex
demetrius exercitum su
um: et abijt mediã ad
contrahenda sibi auxi
lia: ut expugnaret tri
phonem. Et audiuit
arsaces rex pontis et me
die quia intrauit deme
trius confines suos: et
misit vnũ de principib
suis ut cõprehenderent
eum viuũ. et adduceret
eũ ad se. Et abijt et per
cussit castra demetrij et
cõprehendit eum: et dux
it eum ad arsacem: et
posuit eum in custodi
am. Et siluit terra iuda
omnibus diebus symo
nis. Et quesiuit bona
gentis sue: et placuit il
lis potestas eius et glo
ria eius omnibus die
bus. Et cum omni glo
ria sua accepit ioppen
in portum: et fecit introi
tum in insulas maris.

Et dilatauit fines gen
tis sue: et obtinuit regi
onem. Et congregauit
captiuitatem multam:
et dominatus est gaza
re et bethsure et arci. Et
abstulit īmundicias
ex ea: et non erat qui re
sisteret ei. Et vnusquis
q̄ colebat terram suam
cum pace: et terra iuda
dabat fructus suos: et
ligna cāporum fructū
suū. Seniores in plate
is sedebant omnes: et de
bonis terre tractabant.
Et iuuenes induebant
se gloriam: et stolas bel
li. Ciuitatibus tribue
bat alimonias: et con
stituebat eas ut essent
vasa munitionis: quo
adusq̄ nominatū est
nomen glorie eius usq̄
ad extremū terre. Fecit
pacem super terram: et
letatus est israhel leticia
a magna. Et sedit vn⁹
quisq̄ sub vite sua et
sub ficu in ea: nec erat q̄

eos terreret. Defecit īpug
nans eos sup terram.
Reges contriti sunt ī di
ebus illis: et confirma
uit omnes humiles po
puli sui. Et legem exqui
siuit: et abstulit omnē
iniquū et malū. Sanc
ta glorificauit: et mul
tiplicauit vasa sancto
rum. Et auditum ē ro
me quia defunctus esset
ionathas. et usq̄ ī sparta
ta: contristati sunt val
de. Vt audierunt autem
q̄ symon frater eius
factus esset sūmus sac
dos loco eius. et ipse ob
tineret regionem et ciu
tates in ea: scripserunt
ad eum in tabulis ere
is ut renouarent ami
cicias et societatē quā
fecerant cum iuda et io
natha fratribus eius.
Et lecta sunt in cōspectu
ecclesie in ierusalem.
Et hoc exemplū epistо
larū quas miserūt sparta
te. Sparcanorum

princeps et ciuitates. sy
moni sacerdoti magno.
et seniorib⁹ et sacerdo
bus. et reliquo populo
iudeoꝝ salutem. Legati
qui missi sunt ad popu
lū nostrum. nunciaue
runt nobis de vestra glo
ria et honore ac letitia:
et gauisi sumus in itro
itu eorum. Et scripsim⁹
que ab ipsis erant dic
ta. in concilijs populi
sic. Numenius antho
chi. et antipater iasonis
filius legati iudeoꝝ ve
nerunt ad nos: renouā
tes nobiscū amicitiam
pristinā. Et placuit po
pulo excipere viros glo
riose: et ponere exemplū
sermonū eorū in tegre
gatis populi libris: ut
sit ad memoriā popu
lo sparciatarū. Exem
plum autem horū scrip
simus symoni magno
sacerdoti. Post hec autē
misit symon numeni
um romam habentem
clypeum aureū magnū.
pondus minarū mille:
ad statuendā cum eis
societatem. Cū autem
audisset populus roma
nus sermones istos: dix
erunt. Quā gratiarum
actionem reddemus sy
moni et filijs eius: Re
tinuit enim ipse fratres
suos: et expugnauit in
imicos israhel ab eis.
Et statuerunt ei libertā
tem. et descripserunt in
tabulis ereis: et posue
runt in titulis in mon
tem syon. Et hoc exem
plum scripture. Octaua
decima die mensis elul.
anno centesimo septu
agesimo secūdo. anno
tertio sub symone sacer
dote magno. in assara
mel. in conuentu magꝝ
no sacerdotū et populi.
et principum gentis et
seniorum regis nota ꝫ
facta sunt her: qm fre
quenter facta sunt pre
lia in regione nostra.

Symon autē mathathi
e filius ex filijs iarib. et
fratres eius dixerunt se pe
riculo: et restiterunt ad
uersarijs gentis sue. ut
starent sancta ipsorū et
lex: et gloria magē glo
rificauerūt gentem su
am. Et congregauit io
nathas gentem suam:
et factus est illis sacerdos
magnus: et appositus
est ad populum suum.
Et voluerunt inimici e
orum calcare et atterere
regionē ipsorum: et ex
tendere manus in sanc
ta eorum. Tunc restitit
symon et pugnauit p
gente sua: et erogauit
multas pecunias et ar
mauit viros virtutis gēis
sue: et dedit eis stipendia.
Et munuit ciuitates iu
dee et bethsuram que e
rat in finibus iudee. ubi
erant arma hostiū an
tea: et posuit illic presi
dium viros iudeos. Et
ioppen munuit q̄ erat
ad mare. et gazaram que
est in finibus azoti. in q̄
hostes antea habitabāt:
et collocauit illic iudeos:
et quecūq; apta erāt ad
correctionem eorū posu
it in eis. Et vidit popu
lus actum symonis et
gloriam quam cogita
bat facere genti sue: et
posuerunt eī ducem su
um et principem sacerdo
tum. eo q̄d ipse fecerat
hec omnia. et iustitiam
et fidem quam conserua
uit genti sue: et exquisi
uit omni modo exaltare
populū suum. Et in di
ebus eius prosperatū est
in manibus eius. ut tol
lerentur gentes de regio
ne ipsorum qui in ciui
tate dauid erant in hie
rusalem in arce: de qua
procedebant et contamīa
bant omnia que in ar
cutu sanctorū sunt: et
inferebant plagā mag
nam castitati. Et collo
cauit in ea viros iudeos

tutamentū regionis et
ciuitatis: et exaltauit
muros in iherusalē. Et
rex demetrius statuit il
li sūmū sacerdotū. Ip
sum hec fecit eum amī
cum suum: et glorifica
uit eum gloria magna.
Audiuit enim qd appel
lati sunt iudei a roma
nis amici et socij et fra
tres: et quia susceperūt
legatos symonis glori
ose. Et quia iudei et sacer
dotes eorum consenserūt
eum esse ducem suū. et
sūmū sacerdotem in eter
num: donec surgat pro
pheta fidelis. Et ut sit
super eos dux et ut cu
ra esset illi pro sanctis:
et ut constitueret ppositos
tos super opera eorum
et sup regionem. et su
per arma. et super pre
sidia: et cura illi sit de
sanctis. Et ut audiatur
ab hominibus. et scribā
tur in nomine eius om
nes conscripciones in re
gione: et ut operiat purpu
pura et auro. Et ne liceat
illi ex populo et ex sacer
dotibus irritum facere a
liquid horū. et contradi
cere hijs que ab eo dicun
tur: aut conuocare con
uentum in regione sine
ipso: et vestiri purpura.
et uti fibula aurea. Qui
autem fecerit contra hec
aut irritum fecerit ali
quid horum: reus erit.
Et complacuit omni po
pulo statuere symonē:
et facere secundum ver
ba ista. Et suscepit sy
mon: et placuit ei sū
mo sacerdocio fungere
tur et esset dux et prin
ceps gentis iudeorū et
sacerdotum. et preesset
omnibus. Et scripturā
istam duxerunt ponere
in tabulis ereis: et ponē
eas in perbulo sanctoz
in loco celebri. Exemplū
autem eorū ponere in e
rario: ut habeat symō
et filij eius. XV

ET misit rex an
tiochus filius
demetrij epistо
las ab insulis maris.
symoni sacerdoti et pñ
cipi gentis iudeorū et
vniuerse genti: et erant
cōtinentes hūc modū.
Rex anthiochus symōi
sacerdoti magno. et gen
ti iudeorū salutem. Quo
niamquidem pestilentes
obtinuerunt regnū pa
trum nostrorū. volo au
tem vindicare regnū et
restituere illud sicut erat
antea: electā fecimultu
dinem exercituus. et fe
ci naues bellicas. Volo
autem procedere per regio
nes ut vlciscar in eos q̄
corruperunt regionem
nostrā: et qui desolaue
runt ciuitates multas
in regno meo. Nunc er
go statuo tibi omnes
oblationes quas remi
serunt tibi ante me reges:
et quecumq; alia dona
remiserunt tibi. Et per
mitto tibi facere pausu
ram. proprij nūismatis
in regione tua. Ierusa
lem autem sanctam es
se et liberam. Et omnia
arma que fabricata sūt
et presidia que extruxis
ti que tenes: maneant
tibi. Et omne debitum
regium et que futura sūt
regia: ex hoc et in totum
tempus remittuntur ti
bi. Cū autem obtinueri
mus regnū nostrū glo
rificabimus te et gentē
tuam. et templū gloria
magna: ita ut manifes
tetur gloria vestra in v
niuersa terra. Anno cen
tesimo septuagesimo
quarto: exiit anthioch⁹
in terram patrū suorū.
Et conuenerunt ad eum
omnes exercitus: ita ut
pauci relicti essent cum
tryphone. Et insecutus
est eum anthiochus rex.
Et venit dorā. fugiens
per maritimam. Sae
bat enī qđ congregata

sunt in eum mala: et re
liquit eū exacerbatus. Et
applicuit anthiochus
sup dozam cum centum
viginta milibus viroz
belligeratoꝝ. et octo mi
libus equitum: et aggre
uit ciuitatem. Et naues
a mari accesserunt: et
vexabant ciuitatē a ter
ra et mari: et neminem
sinebant egredi. Venit
autem numenius et q̄
cum eo fuerant ab urbe
roma. habentes epistolas
regibus et regionibus
conscriptas: in quibus
continebantur hec. Lu
cius cōsul rōnoꝝ prolome
o regi salutē. Legati iudeoꝝ
venerunt ad nos ami
cia nostri renouantes pl
tinam amicaam et
societatem: missi a sy
mone principe sacerdo
tum et populo iudeoꝝ.
Attulerunt autē et clipe
um aureum minarum
mille. Placuit itaq; no
bis scribere regibus et re
gionibus ut non infe
rant illis mala. neq; ī
pugnent eos et ciuitate
eoꝝ et regiones eoꝝ:
et ut non ferant auxili
um pugnantibus ad
uersus eos. Visum est
autem nobis accipere
ab eis clipeum. Si qui
ergo pestilentes refugie
runt de regione ipsoꝝ
ad vos: tradite eos sy
moni principi sacerdo
tum. ut vindicet in eos
secundū legem suam.
Hec eadem scripta sunt
demetrio regi. et attalo.
et arabe. et arsaci. et in
omnes regiones: et sam
same. et spartanis. et de
lo et mido. et sicione. et
caric. et samū. et pāphy
lia. et lycia. et alicar
nasum. et rodum. et pha
selida. et coo. et syden. et a
rado. et gortinam. et gni
dū. et cyprum. et cyrenē.
Exemplum autē eoꝝ
scripserūt symoni prin
cipi sacerdotū. et populo

udeorū. Anthiochus au
tem rex appliuit castra
in dora secundo. admo
uens ea semp manus et
machinas faciens: et cō
clusit tryphonem ne pro
cederet. Et misit ea symō
duo milia vīroū electo
rū in auxilium: et argē
tum et aurū. et vasa co
piosa. Et noluit ea ac
cipere: sed irrupit omīa
que pactus est cum eo
antea: et alienauit se
ab eo. Et misit ad eum
anthenoūū vnū de ami
cis suis: ut tractaret cū
ipso dicens. Vos tenetis
ioppen et gazaram. et ar
cem que est in ierusalē:
ciuitates regni mei. Fi
nes earum desolastis: et
fecistis plagam mag
nam in terra: et domina
ti estis per loca multa ī
regno meo. Nunc ergo
tradite ciuitates quas
occupastis: et tributa
locoruū quibus domina
ti estis extra fines iudee.
Si autem date pro illis
quingenta talenta ar
genti: et exterminij quod
exterminastis. et tributo
rum ciuitatum alia ta
lenta quingenta. Si
autem: venientes et ex
pugnabimus vos. Et
venit anthenoūus ami
cus regis in ierusalem.
et vidit gloriam symo
nis et claritatem in au
ro et argento et appara
tum copiosum: et obstu
puit. Et retulit ei verba
regis. Et respondit symō
et dixit. Neq; alienā ter
ram sumpsimus neq; a
lienā detinemus: sed here
ditatem patrum nostro
rum que ab inimicis n
nostris iniuste aliquo
tempore possessa est. Nos
vero tempus habentes:
vendicamus hereditatē
patrū nostroruū. Nam
de ioppe et gazara que ex
postulas: ipsi faciebant
in populo plagā mag
nam et in regione nostra.

Hoū damus talenta cē
tum. Et non respondit
illi verbū. Reuersus au
tem cum ira ad regem:
renūciauit ei verba ista.
et gloriā symonis et v
niuersa que vidit. Et
iratus est rex ira mag
na. Triphon autē fugit
nau in hortospada. Et
constituit rex cendebeū
ducem maritimū: et ex
ercitum equitū et pedi
tum dedit illi: et manda
uit illi mouere castra
contra faciem iudee. Et
mandauit ei edificare ce
dṍnem. et obstruere por
tas ciuitatis: et debella
re populū. Rex autem
psequebatur triphonē.
Et puenit cendebeus iam
niam: et cepit increpare
plebem et conculcare iu
deam. et captiuare popu
lum et interficere. et edifi
care cedṍnem. Et collo
cauit illic equites et exer
citum: ut ingressi pam
bularent viam iudee. Si
aut conscendat ad rex.

Talē XVI
cendit iohānes
de gazaris: et
nunciauit symoni pa
tri suo. que fecit cendebe
us in populo ipsorum.
Et vocauit symon duos
filios suos seniores iudā
et iohannem: et ait illis.
Ego et fratres mei et do
mus patris mei. expug
nauimus hostes israel
ab adolescentia usq; in
hunc diem: et prospatū
est in manibus nostris
liberare israhel aliquo
ties. Nunc autē senui.
Sed estote loco meo et fra
tris mei: et egressi pug
nate pro gente nrā. Aux
ilium vero de celo vobis
cum sit. Et elegit de regi
one viginti milia viro
rū belligeratorū et equi
tes: et profecti sunt ad cen
debeum: et dormierūt in
modym. Et surrexerunt
mane: et abierunt in cā
pum. Et ecce exercitus

opposus in obuiā illis
peditū et equitū: et flu
uius torrens erat inter
medium ipsorum. Et
admouit castra contra
faciem eorum: ipse et po
pulus eius. Et vidit po
pulū trepidantem ad trā
fretandum torrentem:
et transfretauit primus.
Et viderunt eum viri et
transierunt post eum:
et diuisit populū et equi
tes in medio peditum.
Erat autem equitatus
aduersariorū copiosus
nimis. Et exclamauerūt
sacris tubis: et in fugā
conuersus est cendebeus
et castra eius. Et ceciderūt
ex eis multi vulnerati:
residui autem fugerūt
in munitionem. Tunc
vulneratus est iudas fra
ter iohannis. Johānes
autem insecutus est eos:
donec venit cedronam
quam edificauit. Et fu
gerunt usq; ad turres q̄
erant in agris azoti: et
succendit eas igni. Et ce
ciderunt ex illis duo mi
lia virorum: et reuersus
est iudam in pace. Et pto
lomeus filius abobi cō
stituus erat dux in cam
po ihericho: et habebat
argentum et aurū mul
tum. Erat enim gener
sūmi sacerdotis. Et exal
tatum est cor eius et vole
bat obtinere regionem:
et cogitabat dolum ad
uersus symonem et filu
os eius. ut tolleret eos.
Symon autem pambu
lans ciuitates que erāt
in regione iudee. et solli
citudinem gerens earū:
descendit iherichō ipse et
machabeus filius eius
et iudas. anno centesīo
septuagesimo septimo
mense undecimo. hic
mensis sabath. Et suc
cepit eos filius abobi.
in munitionem quā
vocatur dochi cum dolo.
quam edificauit. Et fe
cit eis cōuiuiū magnū:

et abscondit illic viros.
Et cum inebriatus esset
symon et filij eius: surre
xit ptolomeus cum su
is. et sumpserunt arma
sua. et intrauerunt in
conuiuiū: et occiderunt
eum et duos filios eius.
et quosdam pueros ei?
Et fecit decepcionē mag
nam in israhel: et reddi
dit mala pro bonis. Et
scripsit hec ptolomeus
et misit regi ut mitteret
ei exercitum in auxiliū:
et traderet regionem et
ciuitates eorum et tribu
ta. Et misit alios in ga
zaram tollere iohannē.
Et tribunis misit epistо
las. ut venirent ad se: et
daret eis argentū et au
rū et dona. Et misit alī
os occupare ierusalē:
et montē templi. Et pre
currens quidam nūcia
uit iohanni in gazara.
quia periit pater eius t
fratres eius: et quia mi
sit re quoq; interfici. Vt
audiuit autem vehemē
ter expauit: et cōprehen
dit viros qui venerant
perdere eum: et occidit eos.
Cognouit enim: quia
quērebant eū pdere. Et
cetera sermonum iohā
nis et bellorū eius et bo
narum virtutū quibus
fortiter gessit. et edifica
murorum quos exstruxe
it. et rerū gestarū eius:
ecce hec scripta sunt in li
bro dierū sacerdocij eius.
ex quo factus est pncips
sacerdotum post patrē
suū. Explicit primus
liber machabeorū ...

Sequitur secundus li
ber machabeorum ...



Ratribus qui sunt per
egyptū iudeis: salutem
dicunt fratres qui sunt
hierosolimis iudei et q̄
in regione iudea. et pacē
bonam. Benefaciat vo
bis deus: et meminerit
testamenti sui quod ad
abraham. et ysaac et
iacob locutus est seruo
rū suorum fidelium: et
det vobis cor omnibus
ut colatis eum: et faci
atis eius voluntatem
corde magno et animo
volenti. Adaperiat cor
vestrū in lege sua et in
preceptis suis: et faciat
pacem. Exaudiat ora
tiones vestras et reconci
lietur vobis: nec vos de

serat in tempore malo.
Et nunc hic sumus oratō
tes pro vobis. Regnante
demetrio anno centesimō
sexagesimo nono. nos
iudei scripsimus vobis.
in tribulatione et impe
tu. qui supervenit nobis
in istis annis: ex quo re
cessit iason a sancta ter
ra et a regno. Portam
succenderunt: et effuderūt
sanguinē innocentem.
Et oravimus ad domi
nū et exauditi sumus:
et obtulimus sacrificiū
et similaginem: et accē
dimus lucernas et pro
posuimus panes. Et nūc
frequentate dies scenō
phegie mensis casleu.
Anno centesimo octoge
simo octauo. populus
qui est hierosolimis et ī
iudea. senatus q̄ et iudas:
aristobolo magistro
ptolomei regis. qui est
de genere christianorū sacer
dotum. et his qui ī egyp
to sunt iudeis salutem

quemcung q hoc reclauerit
devoted

et sanitatem. De magnis periculis a deo liberati magnifice gracias agimus ipsi: utpote q̄ aduersus talem regem dimicauimus. Ipe enī ebullire feat de plide eos: qui pugnauerunt contra nos. Nam cum in plide esset dux ipse et aī eo īmensus exercatus: cendit in templo nanee consilio deceptus sacerdos nanee. Etenim aī ea habitaturus venit ad locum anthiochus et amici eius: et ut acciperet pecunias multas dotis nomine. Cumq̄ posuissent eas sacerdotes nanee. et ipse cum paucis ingressus esset īra ambitum phani: clauserunt templū cum intrasset anthiochus. Apertoq̄ occulto aditu templi. mittentes lapides pausserunt ducem. et qui cum eo erant: et diuiserūt membratim: et capitibus amputatis foras proiecerūt. Omnia benedictus deus: qui tradidit impios. Facturi igitur quinta et vicesima mensis casleu. purificacionē templi necessarium duximus significare vobis: ut et vos quoq̄ agatis diem scenophegie. et diem ignis qui datus est quando neemias edificato templo et altari obtulit sacrificia. Nam aī in plidem ducerentur patres nostri: sacerdotes q̄ tunc dei cultores erant acceptum ignem de altari occulte absconderūt in valle. ubi erat puteus altus siccus. Et in eo conclusa sunt eum: ita ut omnibus ignotus esset locus. Cum preterissent autem multa āni. et placuit deo ut mitteretur neemias a rege plidis: nepotes sacerdotum illorum qui absconderāt

misit ad requirendū ig
nem. Et sicut narraue
runt nobis: non īuene
rūt ignem. sed aquam
crassam. Et iussit eos hau
rire et afferre sibi. Et sac
rificia que imposita erāt
iussit sacerdos neemias
aspergi aqua ipsa: et lig
na. et que erant suppositā.
ta. Atq; hoc factum est
et tempus affuit. qd' sol
refulsit qui prius erat in
nubilo: accensus est ig
nis magnus ita ut om
nes mirarentur. Oratio
nem autem faciebant
omnes sacerdotes dum
consūmaretur sacrifica
tum: ionatha inchoante
ceteris autem respon den
tibus. Et neemie erat o
ratio. hunc habens mo
dū. Domine deus omni
um creator terribilis et
fortis. iustus et misericors
qui solus es bonus rex.
solus prestans. solus iu
stus et omnipotens et eter
nus: qui liberas israhel
de omni malo. qui fecis
ti patres electos et sancti
ficasti eos: accipe sacrifi
cium pro vniuerso pplo
tuo israhel: et custodi
partem tuam et sancti
fica. Congrega dispersi
onem nostram: libera e
os qui seruiūt gentibus.
contemptos et abhomi
natos respice: ut sciant
gentes qd' tu es deus nos
ter. Affligе opprimentes
nos: et contumeliam fa
cientes in superbia. Cōsti
tue populū tuū in loco
sancto tuo: sicut dixit
moyses. Sacerdotes au
tem psallebant ymnos:
usq; quo consumptum
esset sacrificium. Cū au
tem consūptum esset sa
crificium: ex reliqua aq̄
neemias iussit lapides
maiores profundi. Quod
ut factum est flamma
ex eas accensa est: sed ex
lumine quod refulsit
ab altari consumpta ē.
Ut vero manifestata res

est renūciatum est regi
persarū. qđ in loco i quo
ignem absconderāt hy
qui translati fuerant
sacerdotes aqua appari
it: de qua neemias et q
cum eo erant purifica
uerunt sacrificia. Con
siderans autem rex et rē
diligenter examinans:
fecit templū. Et si qui
bus dominabatur rex:
multa bona acapiebat
ex hoc et tribuebat. Ap
pellauit autem neemi
as hunc locū nephthar:
quod interpretatur pu
rificacio. Vocatur autē
apud plures nephi.

Inuenitur autem II
in descripcionibus the
remie pphete. qđ iussit ac
apere ignem eos qui trāsl
migrabantur. ut signi
ficatum est. et ut manda
uit transmigrans: et de
dit illis legem ne oblu
uiscerentur precepta do
mini: et ut non exerra
rent mentibus. uidētes
simulachra aurea et ar
gentea et ornamenta
eorū. Et alia huiusmo
di dicens: hortabatur
ne legem amouerent a
corde suo. Erat autem
in ipsa scriptura quomō
tabernaculū et archam
iussit pheta diuino res
ponso ad se facto comi
tari secum: usq; quo ex
ijt in montem. in quo
moyses ascendit et vi
dit dei hereditatem. Et
veniens ibi ieremias
inuenit locum spelun
ce: et tabernaculū et ar
cham et altare incensi
imitatur illuc: et ostium
obstruxit. Et accesserūt
quidam simul qui seq̄
bantur ut notarent si
bi locum: et non potue
runt inuenire. Vt autē
cognouit ieremias:
culpans illos dixit. qđ
ignotus erit locus. do
nec congreget deus con
gregacionem populi
et ppicius fiat. Et tunc

dominus ostendet hec.
Et apparebit maiestas
dñi: et nubes erit sicut
moysi manifestabat.
Et sicut apm salomon
petijt ut locus sanctifi
caretur magno deo ma
nifestabat hoc: et ut sa
pientiam habens obtu
lit sacrificium dedicaci
onis et consūmacionis
templi. Sicut et moyses
orabat dominū: et desce
dit ignis de celo. et cōsūp
sit holocaustum. Dixit
moyses eo qd non sit
mandatum quod erat
pro peccato: et consump
tum est. Similiter et sa
lomon octo diebus cele
bravit dedicacionē. In
ferebantur autem in de
scripcionibus et cōmen
tarijs necnie hec eadem.
Et ut construens biblio
tecam congregauit de
regionibus libros: et p
phetarum et dauid. et e
pistolas regum et de do
narijs. Similiter autē
et iudas ea que diciderat
per bellum quod nobis
acciderat congregauit
omnia: et sunt apud
nos. Si ergo desideratis
hec: mittite qui perferant
vobis. Acturi itaq; pur
ficacionem: scripsimus
vobis. Bene igitur fa
cietis: si egeritis hos dies.
Deus autem qui liberā
uit populū suum. et red
didit hereditatem omni
bus et regnū. et sacerdo
cium et sanctificacionē
sicut promisit in lege: spe
ramus qd cito nostri mi
serebitur. et congregabit
de sub celo in locum sanc
tum. Eripuit enī nos de
magnis periculis: et lo
cum purgauit. De iuda
vero machabeo et fratri
bus eius et de templi magn
ni purificacione. et de a
re dedicacione: sed et de
prelijs que pugnauit ad
anthiochum nobilem.
et filium eius eupatorē
et de illuminacionibus

que de celo facte sunt ad
eos qui pro iudeis fortiter fecerunt. ita ut vniuersam regionem cum pauca essent vindicaret. et barbaram multitudinem fugarent. et famosissimū toto orbe tēplum reuparent. et ciuitatem liberaret. ut leges que abolende erant restituerentur. domino cum omni tranquillitate p̄cio facto illis: utemq; ab ipsone gyreneo quīq; libris cōprehensa: temptauimus nos uno volumine breuiare. Considerantes enim multitudinem librorū et difficultatem. volentibus aggredi narrationes hystoriarū. p̄ter multitudinem rerum curaumus. volentibus quidē legere ut esset animi oblectatio: studiosis vero ut facile possint memorie cōmendare: omnibz autem legentibus uti

litas conferatur. Et nobis quidem ipsis qui opus hoc breuiādi causa suscepimus. non facilē laborem. ymo vero negocium plenum vigiliarum et sudoris assumpsimus: sicut hij qui p̄parant conuiuiū et querūt aliorū voluntati parē p̄ter multorū gratiam libenter laborem sustinemus: veritatem quidem de singulis auctoribus concedentes: ipsi autem secundū datam formam breuitati studētes. Sicut enim noue domꝰ architecto de vniuersa structura curandū est. et vero qui pingere aurat que apta sint adornatum exquirenda sūt: ita estimandū est et in nobis. Etenim intellectum colligere et ordinare sermonem. et curiosius per partes singulas quasq; inquirere: hystorie congruit auctori.

Beuitati vero dictoꝝ
sectari et exeuacones re
rum vitare: beuianti
concedendum est. Hinc
igitur narracionem in
cipiemus. De predicōe
tantū dixisse sufficiat.
Statim etenim est an
te hystoriam effluere: in
ipsa autem hystoria suc
cingitur cū [illegible] angu.
sancta ciuitas habita
retur in omni pace. le
ges etiam adhuc opti
me custodirentur. pter
onye ponticias prieta
tem et animos odio ha
bentes mala: fiebat ut
ipsi reges et principes lo
cum sūmo honore dig
nū ducerent. et templū
maximis muneribus
illustrarent: ita ut sclau
cus aspe rex de reddituꝫ
suis prestaret omēs sūp
tus ad ministerium sa
crificioꝝ pmenentes. Sy
mon autem de tribu bē
iamin ꝓpositus templi
constituit: contēdebat
obsistere sūm principe
sacerdotum iniquū alu
quid in ciuitate moliri.
Sed cum vincere onyā
non posset: venit ad ap
polloniū tharse filium
qui illo tempe erat dux
celesyrie et fenicis: et nū
quam ait ea pecuniis innu
merabilibus plenū est
se erarium ihierosolimis.
et cōmunes copias im
mensas esse. que non p
tinent ad racionem sa
crificioꝝ: esse autem
possibile sub potestate
regis cadere vniuersa.
Cumꝫ retulisset appol
lonius ad regem de pe
cuniis que delate erant:
ille accitum helyodorū
qui erat super negocia
eius. misit cum manda
tis ut predictam pecuni
am transportaret. Sta
timꝫ helyodorus iter
aggressus. specie quidē
quasi per celesyriam et
fenicem ciuitates esset
pagraturus: re autem

vera regis ꝓpositum per
fecturus. Sed cum pue
nisset ihero solimā et be
nigne a sūmo sacerdote
in auitate esset exceptus:
narrauit de dato indul
o pecuniarū: et quus
rei gracia adesset ape
ruit. Interrogabat au
tem: si vere hec ita essēt.
Tunc sūmus sacerdos
ostendit deposita esse
hec et uictualia uidua
rum ac pupillorū: que
dam vero esse hyrcani
thobne uiri valde eminē
tis. in hijs que detulerat
impius symon. Uniuer
sa autem argenti talen
ta quadringenta esse:
et auri ducenta. Deapi
vero eos qui credidissēt
loco et templo. quod p
uniuersū mundū hono
ratur pro sui veneracio
ne et sanctitate: impos
sibile omnino esse. At
ille pro hijs que habe
bat in mandatis a re
ge: dicebat omni gene
regi ea deferenda. Consti
tuta autem die: intra
bat de hijs helyodorus
ordinaturus. Non mo
dica vero per uniuersā
auitatem erat trepida
cio. Sacerdotes autem
ante altare cum sacer
dotalibus stolis iacta
uerunt se: et inuocabāt
de celo eum qui de depos
tis legem posuit. ut hijs
qui deposuerant ea sal
ua custodiret. Jam vēo
qui uideret sūmi sacerdo
tis vultum: mente vul
nerabatur. Facies enim
et color īmutatus: decla
rabat internū animi
dolorem. Circūfusa enī
erat mestitia uiro quedā
et horror corporis: p que
manifestus aspicienti
bus dolor cordis eius ef
ficiebatur. Alij etiam cō
gregati de domibus con
fluebant publica sup
plicacione obsecrantes:
pro eo qd' in contemptū
locus esset venturus. Ac

ancteqz mulieres aliqs
pectus: per plateas con
fluebant. Sed et virgi
nes que conclusē erant:
pcurrebant ad onyam.
Alie autem ad muros:
quedam vero per fenes
tras aspiciebant. Uni
uerse autem pcidentes
manus in celum depca
bantur. Erat enim mise
ra cōmixte multitudis
et magni sacerdotis in
agone constituta expec
tacio. Et hij quidem in
uocabant omnipoten
tem deū: ut credita sibi
hijs qui crediderant om
ni integritate conserua
rentur. Helyodorus au
tem quod decreuerat pfi
ciebat: eodem loco ipse
cum satellitibus arca
rarium presens. Sed spi
ritus omnipotentis mḡ
nam fecit sue ostensio
nis euidenciam: ita ut
omnes qui ausi fuerāt
parere ei. ruentes de vir
tute in dissolucionem
et formidinem conuerte
rentur. Apparuit enim
illis quidam equus ter
ribilem habens sessorē.
optimis operimentis
adornatus: iqz cū im
petu helyodoro priores
calces elisit. Qui autem
a sedebat: videbatur ar
ma habere aurea. Alij
etiam apparuerūt duo
iuuenes virtute decori:
optimi gloria: speciosi
qz amictu. Qui circūste
terunt eum: et ex utraqz
parte flagellabant sine
intermissione multis
plagis verberantes. Sb
ito autem helyodorus
cōcidit in terrā. Eumqz
multa caligine circūfu
sum rapuerunt: atqz in
sella gestatoria posituī
decreuerunt. Et is qui cum
mulas cursoribus et sa
tellitibus predictum in
gressus est erarium. por
tabatur nullo sibi auxi
lium ferente: manifesta
ta cognita dei virtute.

Et ille quidem per diuinā
virtutem iacebat mutat.
Hȳ autem dominū bene
dicebant: quia magnū
ficabat locum suū. Et
templum quod paulo
ante. timore ac tumul
tu erat plenū: apparen
te omnipotenta domino
gaudio et letitia impleē
tum est. Tum vero ex
amicis helyodori quidā
rogabant confestim o
ppam. ut inuocaret al
tissimū: et vitā donaret
ei. qui in supremo spiri
tu erat constitutus. Cō
siderans autem sūmus
sacerdos. ne forte rex suspi
caretur malicā aliquā
ex iudeis circa helyodorū
consūmatam: obtulit
pro salute viri hostiam
salutarem. Cumq; sum
mus sacerdos exoraret:
idem iuuenes eisdem ves
tibus amicti astantes
helyodoro dixerūt. Ōppe
sacerdoti gracias age:
nam ꝓpter eum tibi dñs
vitam donauit. Tu au
tem ab eo flagellatus:
nunciа omnibus mag
nalia dei et potestatem.
Et hȳs dictis non cōpa
ruerunt. Helyodorus au
tem hostia deo oblata et
votis magnis pmissis
ei qui vitam illi cōcessit.
et oppe gracias agens:
recepto exercitu repedā
bat ad regem. Testaba
tur autem omnibus ea
que sub oculis suis vide
rat opera magni dei. Cū
autem rex interrogasset
helyodorū. quis est apt⁹
ad hoc semel iherosoli
mam mitti: ait. Si quē
habes hostem aut regni
tui insidiatorē mitte
illuc. et flagellatū eum
recipies. si tamen euase
rit: eo qd in loco vere sit
dei quedam virtus. Nam
ipse qui habet in celis ha
bitacionem. visitator et
adiutor est loci illius:
et venientes ad malefa
cendū potenter ac perdit.

Igitur de helyodoro et e
rarij custodia ita se res
habet. III
Symon autem
predictus pecu
niarij et patrie delator
male loquebatur de o
nya: tamq̃m ipse hely
odorum instigasset ad
hec. et ipse fuisset incen
tor malorũ. Pulsoreq;
uuitatis ac defensorem
gentis sue. et emulatorẽ
legis dei: audebat insidi
atorem regni dicẽ. Sed
cum inimicaçe in tantũ
poderent. ut etiam p quos
dam symonis necessari
os homicidia fierent: cõ
siderans onyas periculũ
contencionis. et appollo
niũ insanire ut pote du
cem celessyre et fenices
ad augendam malicã
symonis. ad regem se
contulit: non ut cuiũ
accusator: sed cõmunẽ
utilitatem apud senet
ipsum vniuerse multa
tudinis considerans. Vi
debat enim sine regali
prudencia impossibile
esse pacem rebus dari:
nec symonem posse cel
sare ab stulticia sua. Q
post seleuci vite excessũ
cum suscepisset regnũ
anthiochus qui nobil
appellabatur: ambie
bat iason frater onye
sũmũ sacerdocium. Ad
ito rege promittens ei ar
genti talenta sexagin
ta et trecenta. et ex reddi
tibus alijs talenta octo
ginta. Super hec promit
tebat et alia centum q̃n
quaginta: si potestas ei
aus concederetur gym
nasium. et ephebiam
sibi constituere et eos q̃
in iherosolimis erant
anthiochenos scribere.
Quod cum rex annuis
set et obtinuisset prin
patum: statim ad gen
tilem ritum contribu
les suos transferre cepit.
Et amotis hijs que hu
manitatis causa iude

is a regibus fuerant cō
stituta per iohannem
patrem eupolemi. qui
apud romanos de ami
cicia et sotietate functus
est legacione: legitima
cuiuscū iura destruens pa
tria instituta sanciebat.
Etenī ausus est sub ip
sa arce gymnasiū con
stituere: et optimos q̄sq
q̄ ephebozū in lupana
ribus ponere. Erat au
tem non hoc iniciū sed
incrementum quodda
et p̄fectus gentilis. et a
lienigene conuersacio
nis. propter impij et
non sacerdotis iasonis
nepharii et inauditi
sceleris: ita ut sacerdotes
iam non circa altaris
officia dedita essent: sed
contempto templo et sa
crificijs neglectis. festi
nent participes fieri pa
lestre et prebiacionis eius
iniuste. et in exercicijs
disca. Et patrios quidē
honores nichil haben
tes: grecas glorias op
timas arbitrabantur.
Quarū gracia periculo
sa eos contencio habe
bat: et eorum instituta
emulabātur. Acp om
nia hijs consimiles esse
cupiebant: quos hostes
et pemptores habuerāt.
In leges enim diuinas
impie agere: impune
non cedit. Sed hec. seqūs
tempus declarauit. Cū
autem quīquēnalis a
gon tyro celebraretur.
et rex presens esset: misit
iason sacinorosus ab
iherosolimis viros pec
catores. portantes argē
ti didragmas trecentas
in sacrificijs heraulis.
Quas postulauerunt
hij qui apportauerant
ne in sacrificijs erogarē
tur: quia non oporteret.
sed in alios sumptus e
as deputari. Sed hec ob
lata sunt quidem ab eo
qui miserat in sacrifi
cium heraulis: propter

Presentes autem date sūt in fabricam nauiū triremiū. Missio autem in egyptum appollonio nesthei filio pter primatos ptholomei philometoris regis: cū cognouisset antiochus alienū se a negocijs regni effectū: pretis utilitatibus consulēs pfectus inde venit ioppē. et inde iherosolimā. Et magnifice ab iasone et ciuitate susceptus cū facularum luminibus et laudibus ingressus est: et inde in fenicem exercitum conuertit. Et post triennij tempus misit iason menelaum supradicti symonis fratrem portantem pecunias regi: et de negocijs necessarijs responsa placuriū. At ille cōmendatus regi cum magnificasset faciem potestatis eius. insemetipsum retorsit sūmū sacerdocium: supponens iasoni talenta argenta trecenta. Acceptas ꝙ a rege mandatis vēit. nichil quidem dignum habens sacerdocio: animus vero crudelis tyranni et fere belue iram gerens. Et iason quidem qui primum fratrem captiuauerat: ipse deceptus pfugus in amanitem expulsus est regionem. Menelaus autem principatum quidē obtinuit. De pecuniis vero regi promissis nichil agebat: cum exactionem faceret sostratus qui arci erat ꝓpositus. Nam ad hunc exactio vectigaliū pertinebat. Quam ob causam uterq; ad regē sunt vocati: menelaus amotus est sacerdocio. succedente lysimacho fratre suo: sostratus autē prelatus est cipris. Et cum hec agerentur contigit tharsenses et mallotas seditionem mouere: eo ꝙd anthiochi cōcubine

regis dono essent data.
festinanter itaq; rex ve
nit sedare illos: relicto
suffecto uno ex comitib;
suis andronico. Ratus
autem menelaus acce
pisse se tempus oportu
nū. aurea quedā vasa e
templo furatus donauit
andronico: et alia ven
diderat tyro. et per vicinas
ciuitates. Quod cum cer
tissime cognouisset o
nyas arguebat eum: ip
se in loco tuto se conti
nens anthioche seculs
daphnen. Unde menela
us accedens ad andronī
cum: rogabat ut onp
am interficeret. Qui cū
venisset ad onyam et
datis dextris cum iure
iurando. quāuis esset
a suspectus suasisset de
asilo pcedere: statim eī
penit non veritus iuſ
ticiam. Ob quam cau
sam non solum iudei
sed et alie quoq; nacio
nes indignabantur: et
molestę ferebant de ne
cę tanta viri iniusta. Ꝟ
regressum regem de alie
nę locas adierunt iudei
apud anthiochiam. lu
mul et grem: conquerentes de iniqua nece onye.
Contristatus itaq; ani
mo anthiochus et flexi
us ad misericordiam la
crimas fudit: recordat?
defuncti sobrietatem et
modestiam. Accensus q;
animis andronicum
purpura exutum arcū
duci per totam ciuitatē
iubet? et eodem loco quo
in onyam impietatem
cōmiserat sacrilegū vita
priuari: domino illi dig
nam penam tribuente.
Multis autem sacrile
gijs in templo a lysima
cho cōmissis menelai cō
silio et diuulgata fama:
congregata est multitu
do aduersus lysimachū.
multo iam auro expo
tato. Turbis autem in
surgentibus et animis

ura repletus: lysimachus armatis fere tribus milibus iniquis manibz uti cepit: duce quodam tranno etate pariter z demencia puecto. Sed ut intellexerunt conatū lysimachi: alij lapides alij fustes validos arripe. quidā vero cineres in lysimachum iacere. Et multa quidem vulnera ta. quidam autem pstra ti: omnes vero in fugā conuersi sunt. Ipsum eā am sacrilegum seuis e rarium interfecerūt. De hys ergo cepit iudiciū ad uersus menelaū agitari. Et cum venisset rex arū: ad ipsum negociū detu lerunt missi viri tres a senioribus. Et cū supe raretur menelaus: pro misit ptolomeo multas pecunias dare ad suade dum regem. Itaqz pto lomeus in quodam a trio positum quasi refri gerandi gracia regem adiit: et a sententia de duxit. Et menelaū qui dem vniuerse malicie re um criminibus absol uit: miseros autem qui eam si apud satas cau sam dixissent innocen tes iudicarentur. morti dampnauit. Cito igit inustam penā dederūt: qui pro ciuitate et popu lo et sacris vasis caulā pclenti sunt. Quāobrē tiri quoqz indignati: er ga sepulturam eorum liberalissimi exterunt. Menelaus autem propter eorum qui in potes tia erant auariciam p manebat in potestate: crescens in malicia. et ad insidias ciuiū.

Eodem tempore anthiochus se cundam pfecti onem parauit in egip tum. Contigit autem per vniuersam iherosolimorū ciuitatem videri diebus quadraginta p

acra. equites discurren
tes auratas stolas ha
bentes. et hastas quasi
cohortes armatas: et
cursus equorū per ordi
nem digestos. et cōgres
siones fieri cōminus: et
saltorū motus. et gale
atorum multitudinē.
gladijs districtis. et telo
rum iactus. et aureorū
armorū splendorē om
nisq; generis loricarū.
Quapter omnes roga
bant in bonū monstra
conuerti. Sed cū falsus
rumor exisset tamq̄m in
vita excessisset anchi
chus: assumptis iason
non minus mille viris
repente aggressus est
ciuitatem. Et ciuibus
ad murū conuolanti
bus: ad ultimū appre
hensa ciuitate menela
us fugit in arcem. Ia
son vero non poterat
in ede ciuibus suis. nec
cogitabat prosperita
tem aduersus cogna
tos: malū esse maximū
arbitrans. hostium et
non ciuium se trophea
capturum. Et principa
tum quidem non obti
nuit: finem vero insidi
arum suarū confusio
ne cepit. Et profugus ite
rum abijt in ammani
tem. Ad ultimū exitium
sui conclusus ab arethe
arabum tyranno fugi
ens de ciuitate in ciuita
tem omnibus odiosus
ut refuga legum. et exe
crabilis ut patrie et ci
uiū hostis: in egyptum
extrusus est. Et qui mul
tos de patria expulerat
pegre periit: lacedemo
nas profectus. quasi p
cognacione ibi refugi
um habiturus. Et qui
insepultos abiecerat ml
tos ipse et illamentatus
et insepultus abiatur:
sepultura negz pegrina
usus. negz patrio sepul
chro participans. Hys
ita gestis: suspicatus ē

rex locaetatem deserturos
iudeos. Et ob hoc pfect' ex
egipto efferatis animis:
ciuitatem quidē armis
cepit. Jussit autem mil
tibus interficere nec par
cere occurrentibus: et p
domos ascendentes truc
dare. Fiebat ergo cedes iu
uenū. ac senioꝝ. mu
lierum ac natoꝝ eterc
minia: virginūqꝫ et par
uuloꝝ neces. Erant
autem toto triduo oc
toginta milia interfec
ti: quadraginta milia
uincti. Sed nec ista suffi
ciunt. Ausus est intrare
templum vniuerse terre
sanctius: menelao duc
tore. qui legum et patrie
fuit proditor. Et scelestis
manibus sumens sāc
ta vasa. que ab aliis re
gibus et ciuitatibus e
rant posita ad ornatū
loca et gloriam: contrec
tabat indigne et contā
minabat. Ita alienat'
mente anthiochus nō
considerabat qd' propt
ter peccata habitanciū
ciuitatem modicū do
minus fuerat iratus:
Propter quod et accidit ar
ca locum despectio. Alio
quin nisi contigisset e
os multis peccatis esse
involutos: sicut helyo
dorus qui missus est a
seleuco rege ad expoliā
dum erarium. eciā hic
statim aduenies fla
gellatus et repulsus v
ixqꝫ fuisset ab audacia.
Verum non propter lo
cum gentem: sed propter
gentem locum dominꝰ
elegit. Ideoqꝫ et ipse locꝰ
particeps factus est po
puli malorū: postea au
tem fiet socius et bono
rum. Et qui derelictus ē
in ira dei omnipotentis:
iterum in magni dñi
reconciliacione cum sū
ma gloria exaltabitur.
Igitur anthiochus mil
le octingentis ablatis
de templo talentis velo

ater anthiochum re
gressus est: existimans
se pre superbia terrā ad
nauigandū. pelagus
vero ad iter agendum de
ducturum. ptermentis
clationē. Reliquit autē
et ꝓpositos ad affligen
dam gentem: iherosoli
mis quidē philippum ge
nere frygem. moribz au
daciorem eo ipso a quo
constitutus est: in gaza
zi autem andronicum
et menelaum. qui gra
uius ꝯm ceteris īminebāt
ciuibus. Cumqz appositus esset contra iudeos:
misit odiosum principē
apollonium. cum exerci
tu viginti et duobz mi
libus: precipiens eis om
nes pfecte etatis interfi
cere. mulieres ac virgines
vendere. Qui cum venis
set iherosolimā: pacem
simulans quietis usqz
ad sanctum diem sab
bati. Et tunc feriatis iu
dis. arma capere suis

precepit: omnes qz qui
ad spectaculum poterant truncadauit: et cru
delitatem cum armatis dis
currens. ingentem mul
titudinem peremit. Iu
das autem machabeus
qui decimus fuerat. secessit in desertum locū:
ibiqz inter feras vitam
in montibus cum suis
agebat: et feni abo vescentes demorabantur.
ne participes essent coinquinationis.

SED non post
multum tem
poris misit rex
senem quēdam anthiochenum. qui cōpelleret
iudeos ut se transferrēt
a patrijs et deu legibus:
contaminare etiam qd
in iherosolimis erat tē
plum. et cognominare
iouis olimpij: et in ga
rizim prout erant hij
qui locum inhabitabāt
iouis hospitalis. Pessima autem et onuerlis

grauis malorū erat in
cursio. Nam templum
luxuria et cōmessaconi
bus erat plenū: et scorta
dum cum meretricibus.
Sacratisq; edibus mu
lieres se ultro ingerebāt:
intro ferentes ea que nō
licebat. Altare eciam ple
nū erat illicitis: que le
gibus p̄hibebantur.
Neq; autem sabbata
custodiebantur: neq;
dies solempnes patrij
seruabantur: nec si plu
rater se quisq; in iudeum
esse confitebatur. Duce
bantur autem cū amā
ta necessitate in die na
talis regis ad sacrificaa.
Et cum liberi sacra cele
brarentur: cogebantur
hedera coronati libero
arcuire. Decretum autē
exijt in p̄imas gentiu
um ciuitates. suggeren
tibus ptolomeis. ut pa
ri modo et ipsi aduersus
iudeos agerent ut sacri
ficarent: eos autem qui
nollent transire ad ista
ta gencium interfice
rent. Erat ergo vidē misse
rā. Due enim mulie
res delate sunt natos su
os circūcidisse: quas in
fantibus ad ubera sus
pensis cum publice per
ciuitatem circūduxisset.
per muros precipitaue
runt. Alij vero ad proxi
mas coeuntes speluncas
et latenter sabbati diē
celebrantes. cum indica
ti essent philippo flam
mis succensi sunt. eo qd
verebantur p̄ter religi
onem et obseruanciam
manu sibimet auxiliū
ferre. Obsecro autē eos
qui hunc librum lectu
ri sunt ne abhorrescāt
p̄ter aduersos casus:
sed reputent ea que acci
derunt non ad interitū
sed ad correctionem ge
neris esse nostri. Etenī
multo tempore non si
nere peccatoribus ex se
tencia agere. sed stati

ulaones adhibere: magni beneficij est indicij. Non enim sicut in aliis nacionibus domin⁹ pacienter expectat. ut eas cum iudicij dies venerit in plenitudine peccatorum puniat: ita et in nobis statuit ut peccatis nostris in finē deuolutis ita demum in nos vindicet. Ꝑter qđ nūḡm quidem a nobis misericordiā suā amouet: corripiens vero in aduersis populū suum. non derelinquit. Sed hec nobis ad cōmonicionē legencium dicta sūt pauca: iam autem veniendum est ad narracionē. Igitur eleazarus vnus de principibus scribarum vir etate pectus. et vultu decorus: aperto ore hyans cōpellebatur carnē porcinam manducare. At ille gloriosam morte magis q̄m odibilem vitam amplectens: volū tarie properabat ad supplicium. Intuens autē quē admodū oportet accedē: pacienter sustinens decreuit non admittere illicita. ꝑter vite amorē. Hij autem qui astabāt iniqua miseracione cōmoti. propter antiquā viri amicciam: tollentes eum secreto rogabāt afferri carnes quibus vesci licebat. et simularetur manducasse sicut rex impauerat de sacrificij carnibus: ut hoc facto a morte liberaret: et ꝑter veterem amicciam hanc in eo facerent humanitatem. At ille cogitare cepit etatis ac senectutis sue eminenciam dignam. et ingenue nobilitatis caniciem. atq; a puero optime cōuersacionis. et secundū sancte et a deo condite legis constituta: respondit ac dicens premitti se uel in infernū. Non

enim etatem nostram
dignū est inquit fingere:
ut multa adolescentium
arbitrantes eleazarum
nonagintā annorum
transisse ad vitam alie
nigenarū. et ipsi propter
meam simulationem
et propter modicū cor
ruptibilis vite tempus
decipiantur: et per hoc
maculam atq; execratio
nem mee senectuti con
quiram. Nam et si in
presenti tempore supplu
cijs hominū eripiar: sed
manus omnipotentis
neq; viuens neq; defunc
tus effugiam. Quāobrē
fortiter vitam exredendo
senectute quidem digna
apparebo: adolescentu
bus autem exemplum
forte relinquam: si prōpt
to animo ac fortiter pro
grauissimis ac sanctis
simis legibus honesta
morte pfungar. Hijs
dictis confestim ad supp
plicium trahebat. Hij
autem qui eū ducebāt
et paulo ante fuerant
mitiores. in iram versi
sunt pter sermones ab
eo dictos: quos illi per
arrogantiā prolatos
arbitrabantur. Ꝟ cū
plagis perimeretur: in
gemuit et dixit. Domi
ne qui habes sanctam
scientiam. manifeste tu
scis quia cum a morte
possem liberari. duros
corporis sustineo dolo
res: secundū animam
vero pter timorem tuū
libenter hec patior. Et
iste quidem hoc modo
vita decessit: non solū
iuuenibus sed et omni
se gentis memoriā mor
tis sue ad exemplū vir
tutis et fortitudinis de
relinquens.. VII

Contigit autē
et septem frēs
una cum ma
tre apprehensos cōpelli
a rege contra fas ad
carnes porcinas: fla

gris et taureis aurigatos.
Unus autem ex illʾ qui
erat primus. sic ait. Dd
queris: et quid vis discā
a nobis: Parati sumʾ
mori magis. qm patri
as de leges preuaricari.
Iratus itaq; rex. iussit
sartaginem et ollas ene
as succendi. Quibꝫ sta
tim succensis: iussit ei
qui prior fuerat locutʾ
amputari linguam. et
cute capitis abstracta.
sūmas quoq; manus
et pedes precidi: ceteris
eius fratribus et matre
inspectantibus. Et cum
iam per omnia inutilʾ
factus esset: iussit ignē
admoueri. et adhuc spi
rantem torreri in sarta
gine. In qua dum diu
cruciaretur: ceteri una
cum matre inuicem se
hortabantur mori for
titer dicentes. Dominʾ
deus aspicit veritatē
et consolabitur in nobis
quēadmodū prestitit

ne carnia declarauit mo
ysles: et in seruis suis cō
solabitur. Mortuo ita
q; primo illo hoc modo:
sequentem deducebant
ad illudendū. Et cute ca
pitis eius cum capillis
detracta: interrogabant
si manducaret. priusq;
toto corpore per mēbra
singula puniretur. At
ille respondens patria
voce dixit. Non faciam.
Unde quod et iste sequē
ti loco primi tormenta
suscepit: et in ultimo spi
ritu constantius sic ait.
Tu quidem scelestissime
in presenti vita nos per
dis: sed rex mūdi defunc
tos nos pro suis legibꝫ
in eterne vite resurrectio
ne suscitabit. Post hūc
tertius illuditur. Et lin
guam postulatus ad
ducit: et manus cōstā
ter extendit: et cum fidu
cia ait. E celo ista possi
deo: sed propter dei leges n
nunc hec ipsa despicio.

quoniam ab ipso me
ea receptaurum spero: i
ta ut rex et qui cum ip
so erant mirarent ado
lescentis animū. qp tā
qm nichilum duceret
crucatus. Et hoc ita de
functo: quartū similit
vexabant torquentes.
Et cum iam esset ad mor
tem: sic ait. Pocius est
ab hominibz morti da
tos spem expectare a de
o: uterū ab ipso resusci
tandos. Tibi enim resur
rectio ad vitam nō erit.
Et cum admouissent
quintū: vexabant eū.
At ille respicens in eū
dixit. Potestatem inter
homines habens cū sis
coruptibilis: facis qd
vis. Noli autem puta
re genus nostrum a deo
esse derelictum. Pacēter
sustine: et videbis mag
nam potestatem ipsius.
qualiter te et semen tu
um torquebit. Post hūc
ducebant et sextum. Et
is moxi inpiens: sic a
it. Noli frustra errare.
Nos enim ꝓpter nosmet
ipsos hec patimur pec
cantes in deū nostrū: et
digna admiracōe fac
ta sunt in nobis. Tu au
tem ne existimes tibi in
pune futurū: qd contra
deum pugnare tempta
ueris. Supra modum
autem mater mirabil
et bonorū memoria dig
na. que pereuntes septē
filios sub vnius die tē
pore conspiciens. bono
animo ferebat propter
spem quam in deum ha
bebat: singulos illorū
hortabatur patria vo
ce fortiter repleta sapiē
cia. Et femineo cogitatu
onu masculinū animū
inserens: dixit ad eos.
Nescio qualiter in utero
meo apparuistis. Nec
enim ego spiritū et ani
mam donaui vobis et
vitam: et singulorum
membra non ego ipsa

compegi. Sedeñ mun
di creatoꝛ qui formauit
hominis natiuitatem.
quiq; hominũ inuenit
